MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80597-13

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

HOPFNER, JOHANN G.

TITLE:

COMMENTARII IN CYCLOPEM...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

[1787]

Master Negative #
92-80597-13

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88EE
Z6
v.2

Höpfner, Johann Georg Christian, 1765-1827.
Commentarii in Cyclopem Evripidis specimen qvod ... svbmittet M. Iohannes Georgivs Christianvs Hoepfner ... respondente Christiano Theophilo Kvinoel ... Lipsiae, ex officina Sommeria, [1787]
viii, 38 p. 29 x 23½ cm.

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 14X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5-27-92 INITIALS SA
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1 8.0

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

COMMENTARII
IN
CYCLOPEM EVRIPIDIS
SPECIMEN.

QVOD
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
AVCTORITATE
DIE XIII. OCTOBRIS A. CIↃIↃCCLXXXVII.
H. L. Q. C.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTET

M. IOHANNES GEORGIVS CHRISTIANVS HOEPFNER
LIPS.
AD AED. D. PAVL. ET GOHLIS. CONCIONATOR VESPERTINVS
RESPONDENTE
CHRISTIANO THEOPHILO KVINOEL
LIPS. SS. THEOL. CVLTOR.

LIPSIAE
EX OFFICINA SOMMERIA.

PERILLVSTRI VIRO

FRIDERICO GOTTLOB
A BERLEPSCH

SENATVS SACRI SVPREMI DRESDENSIS
PRAESIDI GRAVISSIMO, REL.

PATRONO INDVLGENTISSIMO

HVNC LIBELLVM SACRVM ESSE IVSSIT

IOHANNES GEORGIVS CHRISTIANVS HOEPFNER.

PRAEFATIO.

Cum ante aliquod tempus, me non ſine omni fructu litteris operam dediſſe oſtendere cuperem, Virorum quorundam doctorum hortatu, ad Cyclopis Euripidei fabulam Satyricam, quae ſola ex antiquitate nobis relicta, et a nemine, quantum noueram, illuſtrata et accuratius explicata eſt, manum admouere apud animum conſtitui, ad quod conſilium perficiendum ſingularis quaedam voluptas, quam ſaepius in perlegendis fabulis Euripideis ſenſeram, me excitabat. Sed negotia grauiora me impediebant, quo minus propoſitum tenere poſſem. Circumſpicienti autem, quodnam diſſertationi argumentum eligerem, quam AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS legibus obſequutus, eruditorum examini ſubiicerem, proponere commode poſſe mihi videbar priorem huius fabulae particulam, vt quid cenſerent Viri docti de hoc qualicunque ſpecimine meo, cognoſcerem. Hunc autem libellum inprimis iis deſtinabam, qui Graecarum litterarum

notitiam

notitiam accuratiorem aſſequi cuperent, in quo etiam notiora attuli hoc conſilio, vt quae in Lexicis vulgaribus vel plane omiſſa eſſent, vel minus diſtincta, et exemplorum inopia laborare reperirentur, ſupplerem, accuratius explicarem, et confirmarem. Singulas vocabulorum ſignificationes ex analogia linguae, locis parallelis, inprimis Euripidis noſtri, eorumque qui vel patria, vel aetate, vel argumento cum eo eſſent coniuncti, ſanioribus etiam Scholiaſtarum annotationibus, auctoritatibus denique Grammaticorum Graecorum conſtituere ſtudui, quibus aliquid ponderis ex ſuperioris noſtraeque aetatis Virorum graece doctiſſimorum libris adieci, vbi vero cum iis conuenire non poſſe videbar, veri ſtudio ductus, quae ego ſentirem, aperte ſed modeſte dixi. Breuiter ſenſum difficiliorem, nec omiſſis Mythologicis et Hiſtoricis quaeſtionibus, indicaui. In priori, vt melius verſarer, laudare viſum eſt verſionem Brumoi huius fabulae gallicam, e qua loca ſingula difficiliora deſcripſi, vt lectores ipſi viderent, quemnam ille huic alteriue loco ſenſum ſubiiciſſet, neque ego alia ei, quam quae cogitaſſet, obtruderem. In Textus Graeci recenſione locisque ex Euripide laudatis vſi ſumus editione Barneſiana, varias lectiones editionis Baſileenſis, Brubachianae, Aldinae, Stiblini, Canteri, Porti, Stephani, nec non coniecturas Virorum doctorum, Florentis Chriſtiani, Scaligeri, Henr. Stephani, Pierſoni, Reiskii, Heathii, Musgrauii aliorumque indicauimus, et ſi quae loca huius fabulae in Valkenarii, Caſauboni, Spanhemii, Weſſelingii, Kuſteri, Toupii, Beckii et aliorum ſcriptis paſſim illuſtrari emendarique videremus, accurate notare non intermiſimus. Quod vero ad ipſam carminis oeconomiam eiusque partem ſatyricam attinet, pauca monenda lectoremque intelligentem ac ſentientem ad ſuam experientiam ſenſumque reuocandum putauimus. Potuiſſemus vero quaedam adhuc de Satyra Veterum ſcribere, niſi chartae anguſtae limites et breue temporis ſpatium nos iſta in aliud tempus aptius magiſque a laboribus vacuum differre monerent, ac niſi etiam praeoccuparemus lectores, et a conſilio noſtro aberraremus, cum plurima huc ſpectantia in iis ſcenis occurrant, quibus ipſe intereſt Cyclops. Caeterum animaduerſiones Intpp. ad Euripideam hancce fabulam

lam, ne aliorum dicta opellae noſtrae qualicunque immiſceremus, non deſcripſimus ſed laudauimus. Denique negare non poſſumus, nos interdum nimis copioſos fuiſſe, profitemur etiam ingenue, multa a nobis eſſe propoſita, quae ad rem ipſam non faciant, atque in editione Cyclopis Euripidei omitti debeant, ſed in tali diſſertatione minime ſuperflua viderentur. Igitur nec hoc nec illo nomine reprehendi nos poſſe iure exiſtimamus, cum de neceſſariis et minus neceſſariis rebus, de abundantia et inopia tot ſenſus ſint quot capita, nec ſe quiſque eidem legi adſtringere poſſit. *)

*) Plura de Satyra Vett. legere cupientes, cuius notitia plura in Cyclope noſtro illuſtrari poſſunt, adire iubemus prae caeteris Caſaubon. de Satyr. Poeſ. Brumoum in *Diſcours ſur le Cyclope d' Euripide et ſur le Spectacle Satyrique*, *in Theatre des Grecs* T. VI. p. 357-291. nec non Dryden. (Angli) Tractat. de Orig. et progreſſ. Satyr. in Epiſtola ad Comitem de Dorſet et Mitteleſſex, vbi inprimis de Romanorum Satyra loquitur, ſed etiam de Graecorum quaedam monuit, it. Clodius *Verſuch aus der Litteratur und Moral*, T. I. et quae nuperrime propoſuit, Clar. Buhle in Progr. de fabula ſatyr. Graecor. Gött. 1787. Non tangam, quos omnes qui in hoc litterarum genere verſantur, norunt, ſcriptores claſſicos, Sulzer. Floegel. Batteux alioſque.

ΣΙΛΗ-

ΣΙΛΗΝΟΣ, ΧΟΡΟΣ.

Ὦ Βρόμιε, διὰ σὲ μυρίους ἔχω πόνους
Νῦν, χ᾽ ὥτ᾽ ἐν ἥβῃ τοὐμὸν εὐσθένει δέμας.

v. 1. Ὦ Βρόμιε. *Βρόμιος* eſt cognomen Bacchi apud Tragicos et Comicos valde vſitatum, cuius tamen etymologiam alii aliam eſſe volunt. Quidam enim deriuant, h. v. a. *βρόμειν* l. *βρέμειν*, quod fremere notat, et interdum de ſtridore ignis vſurpatur, (v. Schol. ad Eurip. Bacch. v. 141. et Fiſcher. V. S. ad Anacreont. Od. XXI.) alii, vt Stephanus a *βροντῇ*, et reſpiciunt ad fabulam illam de fragore tonitruum, quae in eius natiuitate fuerint excitata, cum Bacchi mater fulmine fuerit peremta (vnde Eurip. Bacch. v 3. Semele mater Bacchi dicitur „*λοχευθεῖσ᾽ ἀστραπηφόρῳ πυρὶ*) de qua plura vid. apud Ouid. Metamorphoſſ. L. III. v. 290. — 310. Schol. ad Eurip. Phoeniſſ. v. 653. Apollodor. Bibliothec. L. III, 4. ſ. 3. vbi alios laudauit Heyn. Vir Summus, in notis P. II. p. 559. ſ. Diodor. Sic. Bibl. L. IV. c. 2. haec notat „*Βρόμιον δὲ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ γενομένου βρόμου. Ὁμοίως δὲ καὶ πυριγενῆ διά τὴν ὅμοιαν αἰτίαν ὀνομάσαι*“ ad quem l. vid. Weſſelin-

lingium qui laudat Orph. hymn. XLIV, et Dio. Chryſoſtom. Orat. XXVII p. 286. Aliter Euſtathius ex Athenaeo: „Βρόμιος δὲ ὁ Διόνυσος, ὁ γενεσιουργὸς τῶν καρπῶν· παρὰ τὰ βορὰ, βόριμος καὶ ὑπερ. θέσει Βρόμιος“ et Suidas: οἱ δὲ παρὰ τὸν βρόμον λέγεσθαι νομίζουσιν, „ὃν δηλονότι οἱ μεθύοντες ποιοῦνται. Βρόμος δὲ κυρίως ὁ τοῦ πυρὸς ἦχος „καὶ βρομεῖν, τοιοῦτον ἦχον ποιεῖν, γενικῶς δέ καὶ ἁπλῶς πᾶς τις ψόφος „οὕτω καλεῖται.“ Bourdin. ad Ariſtoph. Theſm. v. 1000. haec monet: „Βρόμιος, ὁ Διόνυσος λέγεται, ὁ γενεσιουργὸς τῶν καρπῶν, ὥσπερ παρὰ τῆς βορᾶς βόριμος, βρόμος δε οἰκείως ὁ τοῦ πυρὸς ἦχος λέγεται. Hoc cognomen Bacchi inter alia recenſetur etiam ab Ouid. Metamm. L. IV. v. 11. et apud alios Poetas Romanos v. c. Lucan. VIII. 801. V, 23. vbi Parnaſſus, mons dicitur Phoebo Bromioque ſacer. διὰ σὲ μυρίους ἔχω πόνους: Simili modo apud noſtrum in Heraclid. v. 332. legitur: μυρίους πόνους ὑπερ φίλων φέρειν. Sed pro eo infra v. 10. eſt: ἐξαντλεῖν πόνον vbi vid. quae monuimus. Nam μυρίους i. q. παμπόλλους, et μυρίοι diſtinguendum a μύριοι. Hoc enim de certo quodam, illud de numero indefinito apud Graecos vſurpatur. Poſterius h. l. vt Eurip. Phoenn. 582. 311. et Heraclid. l. l. Aeſchyl. Prometh., 512, 513., μυρίοις πημοναῖς κάμπτεσθαι. ibid. v. 541. μυρίοις μόχθοις διακναίεσθαι. Tum vero etiam in ſingulari numero hoc ſenſu occurrit, v. c. infr. v. 198. vbi plura diximus. ἔχειν autem i. q. καρτερεῖν, ὑπομένειν, vnde apud Ariſtoph. ἔχειν κακὰ. Denique πόνος, qui proprie laborem manuum ſonat, de aerumnis etiam dicitur et miſeriis, ergo ſynonymum cum ταλαιπωρία, σύμφορα, πημονὴ. Qui enim e. g. apud Aeſchyl. Prom. v. 47. dicebantur πόνοι παρόντες, iidem v. 471. vocantur ἡ νῦν παροῦσα πημονὴ· v. etiam Eurip. Phoenn. v. 450. et infra v. 107. vbi bellum Troianum ſic nuncupatur. cf. Perizon. ad Aelian. V. H. V, 6. Tamen minus ſignificare videtur v. πόνος quam μόχθος, quod de grauiori, periculoſo viresque magis debilitante labore, ſaepius legitur. πόνοι et μόχθοι apud Anacreont. Od. XXV, 3. iunguntur, item μόχθος et κόπος in 1. Theſſ. II, 9. ad q. l. vid. Wetſten. cf. d' Arnaud Animaduerſſ. pag. 19. χ' ὧτε. καὶ ὅτε. Brumous in *Theatre des Grecs* Tom. VI. pag. 282. non niſi verba ἐν νεότ. exprimit: dès ma tendre ieuneſſe, quae tamen illam alteram ideam coniunctam habent. Ἐν ἥβῃ τοὐμὸν εὐσθένει δέμας· ἐν ἥβῃ, ἐν νεότητι,

τητι, vt, Ariſtoph. Equit. v. 521. pro quo Theocrit. Idyll. XXII, 164. ἀνὴρ νέος ἀκμὴν. δέμας ἐμὸν εὐσθένει, Nos diceremus: *da ich noch wohl bey Leibe — bey Kräften war.* Pro eo Aeſchyl. Sept. Theb. v. 626. habet: ἡβῶσαν σάρκα φέρειν. Nam εὐσθένειν i. q. εὐσωματεῖν l. σφριγᾷν, quod Schol. ad Ariſtoph. Lyſiſtrat. v. 80. vertit per εὐσθένειν. Ibi enim ſimili modo eſt: σφριγᾷ τὸ σῶμα σου, vbi plura Biſetus. Ibid. Nub. v. 797. εὐσωματεῖν iungitur cum σφριγᾷν. Heſych. expl. per εὐπαθεῖν. Legendum enim eſt εὐσθένειν pro εὐασθενεῖν, quod non recte inſertum legimus p. 1503. poſt v. εὐθεῖν. εὐπαθεῖν autem eſt alibi, Heſychio ipſo interprete, i. q. ἐνεργεῖν ſ. potius ἐνεργῆ εἶναι (i. e. ἰσχυρὸν, δυνατὸν ε.) ſie enim ſcribendum pro εὐεργεῖν quod profecto dubito an hac ſgſc. occurrat. Alibi etiam v. εὐσθένειν de vegeto arboris ſtatu vſurpatur in Theophraſt. de cauſſ. plant. Lib. XI, XI. vid. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Del. v. 268. Ibi iungitur εὐσθένεια cum εὐκαρπία, malo enim legere εὐσθένεια quam εὐθένεια quod vult Spanhem. l. l. quia interdum h. v. in nummis antiquis occurrat, id enim an ſufficiat ad locum h. emendandum, neſcio. δέμας autem περιφραστικῶς, vt ſaepius, poſitum eſſe conſtat. Sic Eurip. Heraclid. v. 91. σῶμα τόδε pro ἐγὼ ὁ Ἰόλαος Bacch. v. 689. δέμας κινεῖν ἐξ ὕπνου ibid. 729. v. δέμας ἐκρύπτομεν pro ἡμᾶς ἐκ. σὸν δέμας θηρώμενος Phoeniſſ. v. 706. σὸν δέμας λιποῦσα Coluth. v. 348. et 351. vid. Barnes. ad Eurip. Heraclid. v. 529. et Iphig. Aul. v. 417. et Taur. 1440. Sic etiam Hippolyt. v. 198. 1003. Hecub. v. 368. 724. cf. Cel. Fiſcher ad Anacr. Od. XLII, 9. et XXIX. 2. Alibi eodem modo periphraſi inſeruit v. ψυχὴ de q. plura Cuperus in Obſſ. p. 158. Caeterum non vbique obſeruari diſcrimen, quod conſtituit Homerus inter δέμας et σῶμα, cui nimirum hoc de cadauere illud de viuo dicitur corpore, non eget admonitione. vid. Barneſ. ad Eurip. Andromed. v. 1154. et Intpp. ad Homer. Il. α, 112.

Πρῶτον μὲν, ἡνίκ' ἐμμανὴς Ἥρας ὕπο,

v. 3. Brumous addit ſenſus cauſa: Rapellerai · je d' abord le tems etc. vt et v. 5. ἡνίκα h. l. indefinite poſitum vt ſaepe apud Thucydid. Demoſthen. et Ariſtophan. (Nub. v. 607). Caeterum alibi,

teſte Herodiano Grammatico (p. m. 438.) μᾶλλον ἐπὶ καιροῦ τῆς ἡμέρας, ſed ποτὲ ἐπὶ χρόνου dicitur, quod tamen non vbique obſeruari docet locus in Platon. Phaed. init et noſter. ἐμμανής. Scaliger legendum putat ἐκμανής, ſed cauſam non video. Caeterum alibi apud Ariſtoph. Ecleſiaz. v. 959. etiam Iuno dicitur ἐκμαίνειν, ibi vero eſt: amorem incendere in aliquo, ſed in l. n. ſ. aliquem in furorem agere, efficere vt inſaniat, furibundum reddere. cf. Theocrit. Idyll. V, v. 91.

Νύμφας ὀρείας ἐκλιπὼν ᾤχου τροφούς.

v. 4. Νύμφαι ὀρείαι, apud Ariſtoph. Au. v. 1098. οὐρείαι et Bion Idyll. α, v. 19. ὀρειάδες drr. ex fabula illa ſatis trita, qua Bacchus a Nymphis nutritus narratur, Ouid. Metamm. III. 314. „Inde datum Nymphae Nyſeides antris occuluere ſuis: lactiſque alimenta dedere. Vnde etiam Bacchus vocatur Nyſaeus, (Ouid. Met IV, 15.) quoniam in antro quodam Nyſae, vrbis Indiae, eum a Nymphis educatum fabulabatur antiquitas. cf. Iuſtin VII. 6. Curt. L. VIII, 10. 6, 12, 13, 14. qui tamen illam Indiae Nyſam cum Arabica confundit. Moris eſt apud Vett. vt vnicuique Deo Nympham tribuant nutricem. Quod autem Baccho non vnam ſed plures adſcripſerint, explicat Plutarch. in Sympoſ. III. 9. p. Plura de illa fabula reperies in Homer. Il. 3, 132. et Hymn. in Bacch. XXV. 3. Orph. hymn. Nymph. inprimis in not. Cel. Heynii, ad Apollodor. Biblioth. III, 4, 3. vbi etiam multa monuit de Nyſa. cf. Hygin. f. 182. Diuerſas veterum ſententias de numero nomineque nutricium Bacchi, commode atque bene collegit et expoſuit Vir doctus in tractatu qui inſcribitur: *Eclairciſſement, ſur les nourrices de Bacchus*, qui reperitur in *Hiſtoire de l' academie royale des Inſcriptions et belles lettres* Tomo Triceſimo p. 52. vbi tamen Euripidem multa de hac re in Bacchis tradentem ſilentio praetermiſit. Addi poteſt praeter multos alios, Athenaeus qui L. XI, c. 3. p. 465. Dalechamp. refert, Veterum iudicio etiam Muſas Bacchi nutrices fuiſſe. ἐκλιπὼν ᾤχου vt Rapt. Hel. Coluth. v. 323. Graeciſmus ſatis tritus, quo v. οἴχεσθαι cum alterius verbi participio iungitur. vid. Viger de Idiotiſm. Gr. L. p. m. 340. ed. Zeun. qui etiam plura exempla collegit, quibus cum Hoogeuen.

geuen. monſtrare vult ſemper illi phraſi ineſſe ideam celeritatis. Addi poſſunt ex Ariſtoph. Plut. v. 32. 934. Theſmoph. v. 660. Aelian. V. H. XIII, 33. Eurip. Phoenn. v. 1062. cf. Harles Ill. ad Theocrit. XI, 25. in Anthol. Gr. et Fiſcher. Cel. in Proluſſ. Graec. V. T. Verſſ. pag. 102. in nota, vbi ſe Heinſio patri (in Lectt. Theocritt. p. 308.) aliiſque opponit, qui nullam illi loquendi formulae vim ineſſe exiſtimant. vid. Theocrit. Id. IV, 6. et v. 10. p. m. 41. ed. Stroth. τροφός, i. q. alibi τιθή quod Heſych. per τροφός explicat, l. τιτθή l. τιθηνός. Attamen haec vocc. Ammonius ita differre monet (p. 135.) vt τιτθή ſit ea, quae ipſa mammam praebeat infanti, ſed τροφός et τιθηνός, ἡ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν ποιοῦσα, καὶ μετὰ τὸν ἀπογαλακτισμόν. Item Moſchopulus a Valkenario laudatus, Thom. Mag. et alii. cf. etiam VV. DD. ad Phrynich. Herodian. Grammat. p. 479. τίθη ἡ μάμμη, τίτθη ἡ βυζάστρια, τιθήνη, ἡ τροφός. vid. Cel. Loeſner. ad I. Theſſal. c. II. v. 1. Aquila vertit τίτθη, ſed Symmach. τροφός ebr. מנקת v. Genes. XXIV, 59. Ruth. IV, 16. Apollodor. Bibliothec. Lib III, c. 5. Διόνυσος — Ἥρας μανίαν αὐτῷ ἐμβαλούσης, περιπλανᾶται Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίαν. Nonn. L. XXXII.

Ἔπειτά γ' ἀμφὶ γηγενῆ μάχην δορός.
Ἐνδέξιος σῷ ποδὶ παρασπιστὴς γεγώς,
Ἐγκέλαδον ἰτέαν εἰς μέσην θένων, δορὶ

v. 5. γηγενής, ὁ ἐκ τῆς γῆς γένεσιν ἐσχηκώς teſte Heſychio. Scilicet, Gigantes e terra prognatos narrat Mythologia. cf. Ouid. Faſtor. L. V, v. 35. Heſiod. Theogon. v. 185. et al. In Eurip. Phoenn. v. 1138. μάχην δορὸς praelium belli. Nam δόρυ quod proprie notat lignum quoduis longum ac teres et peculiariter de haſta dicitur, vſurpatur etiam de exercitu, itemque bello, proelio. Vnde Phoenn. v. 1087. 701. τάξις δορός, acies pugnae. μάχη autem vt Latin. proelium proprie eſt pars belli atque voc. ſpeciale, quemadmodum contra δόρυ generale, pro πολέμῳ ponitur h. l. In ſimili contextu iuncta reperimus haec duo vv. apud Ouid. Triſt. L. II, 71. Cumque Gigantei memorantur praelia belli, etc. Hunc locum noſtrum laudauit b. Valkenar. in Diatrib. cap. IX. pag. 90. vbi eſt in Cod.

Cod. quodam μακὴ δορὸς pro quo legere mauult μαχῇ δορὸς. Quis vero eſt qui riſu abſtinere poſſit legendo illam Sileni arrogantiam, qua ipſe dicit, ſeſe interfeciſſe Enceladum illum famoſum? Apollodorus narrat, Bacchum interfeciſſe thyrſo Eurythum. (L. I, c. 6. § 2.) Erytum (potius leg. Eurythum) commemorat Hygin. praef. et Horat. Rhoetum, vnde Bentl. ad h. l. Carm. L. II, 19. pro Euryto reponere mauult, Rhoetum. Recte autem Cel. Heyn. corrigendum illud nomen apud Apollodor. negat, quia tot alia Gigantum nomina plerumque corrupta occurrant, neque igitur certi quid definiri poſſit. Idem Apollodor. habet l. l. haec: Ἀθηνᾶ δὲ Ἐγκελάδῳ φεύγοντι Σικελίαν ἐπέῤῥιψε τὴν νῆσον· πάλλαντος δὲ τὴν δορὰν ἐκτεμοῦσα, ταύτῃ τὸ ἴδιον ἐπέσκεπε σῶμα. Caeterum de iſta Gigantomachia vid. Barnes. ap Eurip Bacch. v. 546. et Cel Heynium in not. ad Apollod. L. I, cap. 6. ſ. I. p. 67. Brumous: Glorieux ſouuenir! Silene étoit à tes côtés, tu le ſcais; Je ſignalai ma valeur, et ſans vanité je percai de ma lance Encelade, malgré ſon enorme bouclier. ἐνδέξιος i. q. δέξιος i. e. ἀγαθὸς vt Heſych. vertit, quod idem cum ἀνδρεῖος l. γενναῖος, cf. Schol. ad Sophocl. Aiac. v. 183. e quo ſua hauſit Suidas, et Valkenar. ad Euripid. Hippolyt. v. 1360. p. 311. nec non Stephanus ad Saxon. Grammat. p. 38. in quo libro multa lectori φιλέλληνι vtilia reperiuntur. δέξιος ſ. ἐνδέξιος dicitur vir, qui probus et honeſtus functus eſt militia, noſtrum: *braver — Kerl.* ἐνδ. γεγὼς — *ich hielt mich tapfer.* Alibi h. v. de auſpiciis vſurpatur, de qua notione multa monuit more ſuo Spanhem. ad Callimach. H. in Cer. v. 32. et in Iou. v. 69. σῷ ποδὶ περιφραστικῶς pro σοὶ ſimpliciter vt ſupra δέμας v. 2. παρασπιστὴς ab ἄσπις (quod apud vett. ſcutum rotundum erat, vid. Spanhem. ad Iulian. Caeſſ. p. 191. 242.) vnde ἀσπίζειν, ſe ſcuto illo defendere, et παρασπ. vna cum aliquo contendere, pugnare auxilii cauſa i. e. adiuuare in pugna ſ. certamine. Ergo reſpondet fere noſtro v. Secundant. Idem v. in Eurip. Phoenn. v. 1172. dicitur de milite clypeato, in qua ſignificatione apud. Homer Il. δ. v. 90. ſimpliciter occurrit ἀσπιστὴς, quod idem cum ἀσπιδοφόρος, quod differre a v. σακεσπάλος negat Euſtath. ad Homer. Il. z. p. 996. et Spanhem. ad Callim. H. in Iou. v. 71. Alibi etiam occurrit συμπαραστάτης (vt Ariſtoph. Plut. v. 328.) et συμπαραστατεῖν Ζηνὶ apud Aeſchyl. in Prometh. v. 218.) nec non ſimpl. παραστάτης,

vt

vt vocatur apud Euripid. Heraclid. v. 90. Iolaus, Herculis armiger bellique ſocius et auriga, vbi Barneſ. explicat per παρασπίζοντα καὶ παρὰ πλευρᾷ ἱστάμενον ἐν τῷ πολέμῳ. Plutarch. in Pelopid. etiam de eodem Iolao vſurpat v. παρασπίζειν. Idem Iolaus πιστὸς παραστάτης nominatur Heraclid. v. 126. Sic Sophocles Antig. v. 681. cf. Bergler. ad Ariſtoph. Ran. v. 382. Pro eo ὑπασπίζων infr. Heraclid. 217. v. ſic enim bene legitur, non vt Brodaeus vult. ὑπασπίζειν. Vnde, quia ſaepius Etymologiae pars altera in compoſitis vv. perire ſolet, etiam in h. v. παρασπίζειν negligitur interdum notio pugnae, et ſimpliciter denotat: adiuuare aliquem, l. etiam imitari aliquem, facere quod alter facit. Vnde Eurip. Phoenn. v. 1444. de ſorore adhibet, quae vna cum matre plorat ſ. matris in effundendis lacrimis comes eſt. Ibi Schol. π. συνασπίζουσα, ἡ συνοῦσα, στένουσα ὁμοῦ, vnde Heſychii gloſſa corrupta reſtitui poſſe videtur, quod iam ab Interpretibus notatum eſſe laetus vidi. *Enceladus*, ex Mythologia Gigantum, qui contra Iouem rebellarunt longe maximus, in quem Minerua totam Siciliam conieciſſe dicitur. vid. Barneſ. ad Eurip. Herc. Fur. v. 908. et Cel. Heyn. ad Virgil. Aeneid. L. III, v. 578. et Apollodor. Bibliothec. L. I, 6. p. 74. ſſ. nec non Hygin. et Etymol. M. ἰτέα quae proprie eſt ſalix, vt etiam LXX. Leuit. XXIII. 11. et Aquila Iob. XL. 17. pro hebr. ערב vſurpant, etiam ſgf. haſtam, per ſynecdochen, quia haec vt plurimum ex ſalice erat confecta, (vid. Barnes. ad Euripid. Suppl. v. 695.) et clypeum ſ. ſcutum vt h. l. et Troad. 1193. i. q. alibi ἴτυς in Eurip. Phoenn. v. 1390. Herc. fur. v. 1019. quod proprie non vmbonem, vt gloſſae vulgo exponunt, ſed extremum eius orbem notat. Nam κύτος ipſa cauitas eſt, (apud Aeſchyl. adu. Theb. v. 497.) ſ. area caua, quam aereus circulus ambit qui et alibi dicitur ἄντυξ et κύκλος. vid. Commentar. *Schütz* V. C. in Aeſchyl. p. 301. et Weſſeling. ad Herodot. L. VII, c. 89, p. 546. 51. εἰς μέσην — *mitten auf d. S.* vt LXX. IV. Reg. VII, 5. εἰς μέσον παρεμβολῆς per media caſtra. De v. θένειν, quod ferire notat, vid. Pierſon. Veriſimil. p. 190. et Beckium V. Summum, in Ariſtoph. Auib. v. 1612. adde Ran. v. 879. Schol. in Aeſchyl. Theb. v. 384. explicat per τύπτειν ibi vero coniungitur cum v. ὄνειδος et ſgf. inceſſere probris.

v. 8.

Ἔκτεινα. Φέρ' ἴδω τοῦτ' ἰδὼν ὄναρ λέγω;
Οὐ μὰ Δί', ἐπεὶ καὶ σκῦλ' ἔδειξα Βακχίῳ.
Καὶ νῦν ἐκείνων μείζον' ἐξαντλῶ πόνον.

v. 8, φέρ' ἴδω. De hac loquendi formula copioſe egit eamque exemplis illuſtrauit. Cel. Beck. ad Ariſtoph. Au. v. 647. quibus addi poſſunt Ariſtoph. Theſmoph. v. 610, 637. et Au. 1244. v. ὄναρ ἰδεῖν, vt Ariſtoph. Veſp. v. 13. et Anacreont. Od. LXV, 3. vbi eſt: ἰδὼν ὄναρ ſubintell. κατά, quod ſaepius omittitur. Attamen notanda eſt differentia formularum ὄναρ et κατ' ὄναρ. Illa ſignificat: in ſomnis, per quietem, haec autem monitu ſomnii, vid. quae notarunt de his Fiſcherus V. C. ad Anacreont. Od. XLIV, 1. Abreſch. Lect. Ariſtenaet. p. 298. Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 650. et Kypk. in Obſſ. N. T. ad Matth. 1, 20. vbi phraſin κατ' ὄναρ contra Phrynich. vindicat. Kuinoel. Amiciſſim. ad Cydon. c. XV. p. 100. Nimirum Silenus haec ad ſpectatores, haud dubie ridentes ac dubitantes de illo virtutis documento exhibito, dicit. Vnde Brumous bene addit: D'ou vient cette ſurpriſe? σκῦλα, ſyllaba prima in h. v. anceps eſt. Quod enim Grammatici dicunt σκῦλον in prima ſyllaba tum demum produci, vbi ſpolium ſignificet, non autem eum denotet corium aut pellem, id neſcio an vbique regulam certam conſtituere poſſit. Lex. MS. Brem. Cyrilli hanc gloſſam habet: σκῦλα, τὰ ἀπὸ τῶν ἐν πολέμῳ ἀνῃρημένων λαμβανόμενα, λάφυρα δὲ ἀπὸ τῶν ζώντων. Eadem Heſych. monet, vnde diſcrimen inter σκῦλα et λάφυρα, apparere poſſe videtur, cui confirmando afferri etiam poteit locus Phleg. Trallian. p. 40. ed. Franz. V. EXP. Βάκχιος, ſc. Θεὸς, periphraſis Bacchi etiam alibi apud noſtrum (v. c. Bacch. v. 366.) obuia. Alias etiam dicitur Βακχεῖος, (infr. v. 13.) et Βάκχος. vid. Barnes. ad Iphig. Taur. v. 952. μείζον. ἐξαντλῶ πον. βαρύτερον π. ἔχω. Brumous addit: Mais oublions les maux paſſés. Que ſont ils en comparaiſon des infortunes preſentes, ta derniere auenture m'a perdu. ἐξαντλεῖν πόνους in Marin. in Procul. c. 3. vnde Latinor. exantlare, quod apud Plaut. occurrit, ſed a Quintilian. L. V, c. 6. obſoletum nominatur. It. v. ἐξ. inprimis de re moleſta et graui vſurpatur, vid. Cuper.

Cuper. Obſſ. L. III. 2. p. 266. ed. Schmid. Sic LXX. in Prouerb. XX, 5. pro hebr. דלה et Hagg. II, 17. pro ebr. חשפ, vid. nos infr. 110. Vnde ἀπαντλᾶν πόνων Aeſchyl. Prometh. v. 84. i. q. ἐκκουφίζειν vid. *Schütz* ad h. l.

Ἐπεὶ γὰρ Ἥρα σοὶ γένος Τυρσηνικὸν
Λῃστῶν ἐπῶρσεν, ὡς ὁδηθείης μακρὰν,
Ἐγὼ πυθόμενος σὺν τέκνοισι ναυστολῶ,
Σέθεν κατὰ ζήτησιν. ἐν πρύμνῃ δ' ἄκρα.
Αὐτὸς λαβὼν, ἔυθυνον ἀμφῆρες δόρυ,
Παῖδές τ' ἐρετμοῖς ἥμενοι, γλαυκὴν ἅλα
Ῥοθίοισι λευκαίνοντες, ἐζήτουν σ', ἄναξ.

v. 11. confer. Homer. hymn. 5. qui inſcribitur: Διόνυσος ἢ λῃσταί et Ouid. Metamm. L. IV. v. 23. 24. vbi vid. Interpp. ἐπόρω, verbum alias inuſitatum, apud Homer. Heſiod. (Scut. Herc. v. 452, 42.) Euripid. et paucos alios occurrens, i. q. ἐφορμάω immitto, incito in aliquem, cum impetu feror. Coniungenda eſt idea moleſtiae, ac reſpondet noſtro: *über den Hals ſchicken.* Sic apud Homer. Iuno dicitur exercitui peſtilentiam pernicioſam immiſiſſe. Occurrit etiam apud Heſiod. Theog. v. 703. et Homer. Odyſſ. γ. ſimplex ὄρω in eadem ſignificatione. λῄστης h. l. latro, haec enim propria h. v. eſt notio. Sed notandum eſt obiter, alibi h. v. de omnibus iis vſurpari, qui in hac l. illa re latronibus ſimiles ſunt. Vnde apud Aeſchin. λῃστὴς πραγμάτων. Ouid. l. l. „Tyrrhenaque mittis in aequor Corpora." Apollodor. Biblioth. L. III, c. 5. §. 3. Βουλόμενος δὲ ἀπὸ τῆς Ἰκαρίας εἰς Νάξον διακομισθῆναι, Τυῤῥήνων λῃστρικὴν ἐμισθώσατο τριήρη. — Iam commemorat Apollodorus, praedones a Baccho fuiſſe in Delphines mutatos, vid. Cel. Heyn. ad l. l. p. 578, 79. eiusque Commentat. de Caſtoris Epochis quae reperitur in Nov. Commentar. Societat. Gotting. T. I. p. 80. ſſ. T. III, p. 38. vbi recte monuit,

Tyrrhe-

Tyrrhenos non eſſe, quos quidam volunt, Etruſcos, ſed ex Pelasgis. *μακράν* ſc. *ὁδὸν* l. *χώραν* et ſubint. *κατὰ*. Vtramque Ellipſin reperies in Ariſtoph. Auib. v. 1. vbi etiam omiſſum eſt verbum *ἰέναι*, ad quem l. vid. Cel. Beck. et Schöttgen. ad Lamb. Boſ. Ellipſ. Graec. p. 251. *ὁδηθείης*, Heſych. *ληφθείης*, *πραθείης*. Gloſſa ad h. l. pertinet, quod Interpretes apud Heſ. non animaduerterunt. Cel. Reiskivs aliquando h. v. habebat ſuſpectum, ſed poſtea ſententiam retrahebat ob eundem Heſych. et quoniam v. *ὁδᾶν* pro vendere recurrit, infr. v. 98. 133. et *ἐξοδᾶν* v. 266. Buddeus deriuat h. v. ab *ὁδέω* quod idem cum *ὁδάω* et ab Heſych. explicatur per *πωλέω*, vnde h. l. ita vertit: vt in longinquas regiones abductus venires. Ac profecto poteſt h. l. bene ac commode cum Heſych. explicari per *ληφθείης* — quoniam de violentia quadam latronum ſermo eſt. Sic *λαμβάνεν* 2. Cor. XI, 20. Malim tamen cum Barneſio illud *ὁδηθείης* deriuare a. v. *ὁδέομαι* l. *ὁδεύομαι* i. e. *πορεύομαι* ita vt eſſet: per terram longe lateque peregrinareris, iter faceres. Brumous: pour t'ecarter loin d'elle. Heſych. *ὁδεύειν* explicat per *περιπατεῖν*, *ἀπέρχεσθαι*, occurrit etiam apud LXX. qui v. הלך ſic vertunt. Alibi etiam dicitur h. v. de auibus quae gregatimvolant, Anacr, XXXVII. 6. *πυθόμενος*, *ἀκούσας*, *μαθών*. Heſych. Haec gloſſa huc referri poteſt. *ναυστολεῖν* proprie eſt *στέλλειν τινὰ* ſ. *τι διὰ νέως*, vehere ſ. ducere aliquid l. aliquem naui, vt ſaepius apud Euripid. v. c. Oreſt. v. 739. Hinc Heſych. *ναυστολίαν* vertit per *πλοῦν*, vbi vid. Albert. et *στέλλειν* ſimpliciter Ariſtoph. Au. v. 1229. Deinde dicitur de eo qui ipſe dirigit, gubernat nauem, *ὁ στέλλων* (*κινῶν*) *τὴν ναῦν*. Nam *στέλλειν* ſimpl. etiam eſt ordinare. Vnde, neglecta altera Etymologiae parte *ναυστολεῖν τὴν πόλιν* dicuntur, qui ciuitatem gubernant, pro quo Aeſchyl. Sept. adu. Theb. v. 654. dixit: *ναυκληρεῖν τὴν πόλιν*. Tandem h. v. vſurpatur de eo qui ipſe nauigat, naui proficiſcitur, vt h. l. Niſi malueris h. l. omnes ſignificationes laudatas ſimul cogitare. Nam Silenus ipſe nauigat vna cum liberis quos naui ſecum ducit, imo gubernat nauem vt videmus v. 15. Poſſit etiam ſimpl. per nauigare verti. *σέθεν κ. ζ.* i. e. *ζητεῖν σε*, ſ. *ἵνα ζητήσω σε*. Nam *σέθεν* pro *σοῦ* poni, Schol. ad Homer. Il. A. v. 180. docet. *πρύμνη*, *ἔσχατον μέρος τῆς νέως*, quae dicitur puppis. Nam *πρυμνὸς* i. q. *ἔσχατος*. vid. Schol. Oppian. Halieut. et Suid. Vnde *πρυμνήτης* i. q. *κυβερνήτης*, quia hic erat in puppi. *ἄκρα* videtur eſſe ſuperfluum. Apud Homer. Il. N. v. 762 eſt: *νηυσὶν ἐπὶ πρύμνῃσιν* vnde Heſych. hanc gloſſam habet: *ἐπ. πρυμν. ἐπὶ ἄκραις*, et *πρύμναι*, *αἱ ἄκραι*. *πρύμνη*, *τὸ τέλος τοῦ πλοίου*. Nos verteremus: *ich ſaſs ganz am Ende der Caiüte*. Poſſit igitur illud adiectiuum h. l. eſſe epitheton ornans, vt Virgil. Aen. L. I, 183. celſis in puppibus. *λαμβάνειν πῆδον* ſ. *πηδάλιον*, apud Homer Od. *γ*, v. 281. *ἔχειν μετὰ χέρσι πηδάλιον θεούσης νεός*. *εὐθύνειν*, i. q. *κυβερνᾶν* l. *διορθῶσαι*, vt interpretatur Heſych. Sic in Euripid. Hecub. v. 39. Hinc Virgil. Aen. V, v. 162. dirigere curſum. Sic etiam in Ep. Iacob. c. 3, v. 4. vid. Cel. Loesner. ad Luc. 1, 79. in Obſſ. Philonn. Heſiodus vſus eſt v. *ἰθύνειν*, de quo vid. Lectt. Heſiod. Graeuii, et Apollon. Argon. II, 299. Vnde apud Aeſchyl. de regibus dicitur, atque Atticis ſ. iudicare, decernere. Sophocl. Aiac. v. 72. vid. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Iou. v. 43. Similis noſtro locus eſt apud Virgil. Aen. L. V. v. 12. „Ipſe gubernator puppi — ab alta etc. et X, 215." Ipſe ſedens clauumque regit, veliſque miniſtrat. *δόρυ ἀμφῆρες*, non *haſta anceps*, vt Brodaeus interpretatur. Recte igitur Barnes ad h. l. *hoc nihil incogitantius h. l. dici potuiſſe*, monetque *δόρυ* eſſe *ἀντὶ δουρατέαν ναῦν*. *δόρυ* quod iam ad v. 5. monuimus, lignum omnino, arborem quamcunque, inprimis quercum notat, et quicquid ex eo fit, vnde *δούρειος ἵππος* in Palaephat. *π. α.* pag. 51. ed. Fischer. qui paulo poſt dicitur *ξύλινος*, et Homer Odyſſ. *θ*. v 507. *κοῖλον δόρυ*, de equo Troiano vſurpat, pro quo Virgil. ſimpl. *lignum* dicit, Aeneid. L. II, v. 45. Hinc de ſceptro Eurip. Hippolyt. v. 975. et Hecub. v. 9. vbi Polymeſtor dicitur *Φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί*, nec eſt, quod diſcrimen conſtituamus cum *Schützio* Stanleio obuerſante, inter *δόρυ* et *σκῆπτρον*, quod Homerus affert, ſed poetae non curant, ſuccedente enim tempore *δόρυ* haſta, politior et ornatior facta eſt, *σκῆπτρον*. Hinc denique nauis etiam ex quercu l. omnino ligno aliquo confecta *δόρυ* vocatur. conf. Euripid. Helen. v. 1627. vbi ipſiſſima verba noſtra ſunt: *εὐθύνειν δόρυ* pro quo ſimili ratione apud eundem in Oreſt. Prol. v. 54. *πλάτη* occurrit vbi vid. Schol. Ac ſi recte coniecifſet Musgrauius in Eurip. Iphig. Aul. v. 80. pro vv. *ἀΐξαντες δορί*, *ἄρσαντες δόρῃ* etiam hic locus ad rem noſtram face-

faceret. Sic etiam Aeſchyl. Agamemn. v. 1627. Supplic. v. 141. Perſ. v. 409. Pindar. Pyth. Od. IV, v. 47, 68. et infra v. 19. vbi plura diximus. vid. Abreſch. Obſſ. Miſc. V, 3. p. 96. Etymol. M. in v. δορὰ. et infra v. 19. Vnde Ouid. Ep. Pont. L. I. IV, 35. *ligno* ſulcauimus aequor. Recentiores Graeci videntur ξῦλον dixiſſe. Nam in Gloſſar. M. in Prophet eſt: ναῦλον μίσθωμα ξύλου, πλοίου, Niſi forte ξύλου eſt corruptum pro πλοίου, quod deinde ab inſcio librario ſimul eſt in textum receptum, aut dicendum eſſet ξύλου eſſe pro ξένου errore librariorum poſitum. Haec addi poſſunt iis, quae in Specim. Curar. crit. et exeget. in LXX. viral. vers. vaticinior. Ion. p. 9. diximus. ἀμφήρες δ. ναῦν vocat ἀμφιέλισσαν, ἑκατέρωθεν ἐρετμοῖς χρωμέναν, καὶ ἐρέσσουσαν. Sic Barneſ. ſ. potius ἀμφοτέρωθεν ὁρμώμενον ſ. ἐρεσσόμενον δόρυ, (vt Heſychii verbis vtamur.) Alberti ad illam Heſych. gloſſam: ἀμφήρεις, νῆες ἀμφοτέρωθεν ὁρμώμεναι ἢ ἐρεσσόμεναι monet: Heſychium pro more ſuo ſimpliciter ſcripſiſſe ἀμφ. νῆες ἀμφοτέρωθεν, his de ſuo lectorem non intelligentem addidiſſe verba ὁρμ. et ἐρεσσ. Sed, vt ingenue fatear, cauſam non video. Heſychius enim, more quidem ſuo breuiter, ſed tamen diſtincte et clare ſcribit, hoc autem profecto difficile foret intellectu, enimuero neceſſario aliquid ſaltem eſſet ſubintelligendum, quod Grammaticus qui vult explicare, certe in eiuſmodi voc. vix admiſerit. Imo vero in ſequenti ſtatim v. ἀμφ. addit etiam ἀμφ. ὀροφωμένην ὁ. ἐ. ἐσκεκ. et infra vbi occurrit v. ἀμφιρεφὴς ſimili modo. Venet. et Florent habent: ὁρωμέναι, item Aldin. teſte Kuſtero, qui legere vult. ὀροφώμεναι, quia Heſychium exiſtimat, confundere voc. ἀμφηρεφὴς cum v. ἀμφήρης, et praeterea Hagen. ex editorum correctione habeat, ὁρμώμεναι Quid ſi legeremus pro ὁρωμέναι, quod in pluribus libb. legitur, φερόμεναι quod idem eſt cum v. ἐρεσσόμεναι. Tum Heſych. addidiſſet, vt lector intelligeret, quid ſibi voluerit, cum v. φέρεσθαι, ac vere alibi Heſych. illud ὁρμώμενος interpretatur per φερόμενος. vid. etiam gloſſam Phauorin. Scaliger monet, τὸ ἀμφῆρες δόρυ eſſe τὸ δίκωπον σκάφος, atque Thucydidi (Lib. IV. c. 67.) vocari ἀμφηρικὸν, et eius modi fuiſſe τὰ λῃστρικὰ σκάφη. Schol. l. l. ἀκάτιον ἀμφηρικὸν dicit eſſe πλοιάριον ἑκατέρωθεν ἐρεσσόμενον, ἐν ᾧ ἕκαστος τῶν ἐλαυνόντων δικωπίας ἐρέττει. vid. Suid. Idemque Scalig. λαχὼν δ. non λα-

βὼν

βὼν legendum, neſcio cur, exiſtimat, et de nauigio non de clauo τὸ εὐθύνειν intelligendum, eique aſſentitur Heathius, quia, vt monet, nil adſit, quod a particip. λαβὼν commode regatur, ἀμφ. autem dici, quatenus in vtramque partem flecti poſſit atque dirigi. Quomodo Brumous in *Theatre des Grecs* Tomo VI. haec verba intellexerit neſcio, quia haec in verſione omiſit, quemadmodum et ſequentia libere vertit nullo, ad graeca reſpectu habito. En eius verba! Ie vogue ſur les veſtiges avec les Satyres mes fils. Aſſis au gouuernail, *ie les encourage.* Profecto nullo modo hic ſenſus verbis Graecis ineſt, quod valde miror, cum alibi ab eo, niſi verba, ſaltem ſenſum bene expreſſum viderim. Caeterum non eſt quod cum Heathio pro εὔθυνον legamus ἤυθυνον, vt pro ſuperiori εὐσθένει v. 2. ἠυσθένει. Poetis enim talia licita ſunt, et plura dabit Weſſeling. ad Diod. Sic. L. XI. c. 20. p. 424. παῖδες ἐπ᾽ ἐρετμοῖς η. Satyri, de quibus v. Caſaubon. de Satyr. Poet. L. 1, c. 2. Huc refero verba Homer. Od. μ. v. 174. οἱ δ᾽ ἐπ ἐρετμὰ ἑζόμενοι (ἧμαι, κάθημαι Heſych.) λεύκαινον ὕδωρ ξεστῇς ἐλάτῃσιν. et ibid. v. 182. αὐτὸς δ᾽ ἑζόμενος πολιὴν τύπτον ἐρετμοῖς. Od. V. 81. ſſ. ἔνθ᾽ οἱ ἀνακλιθέντες ἀνερρίπτουν ἅλα πηδῷ, τοὶ δὲ κάθιζον ἐπὶ κληῖσιν etc. Nam λευκαίνειν eſt i. q. ποιεῖν λευκὸν vnde ſ. ἐρέσσειν, quia ſpuma maris efficitur remigando. Sic ipſe Didym. in Odyſſ. Homer. μ. v. 172. Huc etiam pertinet gloſſa Heſychii: λεύκαινον ὕδωρ, συντόνως ἤρεσσον. Hinc λευκὴν θάλασσαν idem Heſych. exponit per κατακλυζομένην. γλαύκην ἅλα, mare glaucum. Nam ἅλς eſt proprie ſal. Enimuero non recte Palmer. in Exercitatt. ad Auctt. Gr. (p. 793.) Stephanum in Theſaur. Gr. L. (l. 365.) ſequutus, voc. ἅλς in ſingulari numero hac ſgſc. ignorari putabat, quod iam video animaduerſum a Cel. Albert. ad Matth. V, 13. et Weſſeling. ad Herodot. IV, 53. Deinde ἅλς i. q. θάλασσα, vt Heſych. et Suid. exponunt. De v. γλαυκὸς plura legere cupientem adire iubemus Euſtath. ad Homer. Il. π. 1088. ibi enim v. 34. vt Ariſtoph. Ran. v. 678. γλαύκην ἅλα reperimus. Denique ῥόθιον eſt vox ὀνοματοπεποιημένη, et ſonum notat, quem fluctus edunt, et remi mare cum impetu quaſi ſecantes. Schol. ad Thucydid. L. IV, 10. ῥόθιον ἐστιν ὁ ἦχος τῆς εἰρεσίας. Heſychius: ῥόθιον, κῦμα τό μετὰ ψόφου γινόμενον, ῥόθον, τὸν ἀπο τῶν κυμάτων ψόφον. Moſchopulus: ῥόθος, ὁ ἐκ τῶν κωπῶν ἀκουόμενος κτύπος,

ὅταν

ὅταν σφοδρῶς ἐλαύνωσιν, ἀφ' οὗ ῥόθιον, τὸ κῦμα. Sed Euſtathius: ῥόθιον, ἐπίθετον κύματος ῥοθοῦντος κατ' ὀνοματοποιΐαν, οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον, τὸ ῥεῦμα οὕτω καλοῦσιν. οἱ δ' ὕστερον Ἀττικοὶ τὴν σύντονον εἰρεσίαν οὕτω φασὶ, καὶ ῥοθιάζειν, τὸ ἐρέσσειν εὐτόνως. vid. Suid. et Harpocrat. Vnde λευκαίνειν patet idem eſſe cum ῥοθιάζειν. Simili ratione loquuntur Latii poetae, v. c. Virgil. Aen. L. 1, v. 35. ſpumas ſalis aere (naui aerata) ruebant. v. 141. Adductis ſpumant freta lacertis Infindunt pariter ſulcos etc. VIII, 672. fluctu ſpumabant caerula cano etc. et alibi: fugimus ſpumantibus vndis. Catull. Epithalam. Thet. et Pel. 13. Tortaque remigio ſpumis incanduit vnda, vbi vid. Voſſ. p. 192. ἄναξ, proprie i. q. δεσπότης, ἄρχων, βασιλεύς (vnde cum δεσπ. Ariſtoph. Pac. v. 630. et v. βασιλ. Aeſchyl. Perſ. v. 5. iunctum legimus) l. etiam σωτὴρ, tutor, conſervator, vt Schol. Hippolyt. v. 88. explicat, qui monet, καταχρηστικῶς ſic δέσποτα dici, vbi copioſus eſt in h. v. explananda, ad q. l. vid. Barneſ. in not. cf. Potter. ad Lycophron. p. 138. Spanhem. de Praeſtantia Numismat. p. 382. et eundem in Callimach. H. in Iou. v. 19. et Iuliani Caeſſ. p. 356. Alias etiam de Diis vſurpatur, inprimis Apolline (v. Eurip. Phoenn. v. 624. Ion. v. v. 1565.) vt contra ἄνασσα κ. ε. Diana vocatur. Iphig. Aul. 739. 1522. Sed h. l. vt apud Pindar. quem laudat Spanhem. ad Callim. l. l. Bacchus dicitur ἄναξ. Adde Oppian. Cyneget. L. IV. v. 306. vbi vocatur Νυσήϊος ἄν. ibi cf. Rittershuſ. Deinde etiam de hominibus adhibetur vt infr. v. 86. inprimis de hero qui ſeruum habet (Phocylid. v. 214. Callimach. H. in Cer. v. 63. —) vid. quae infr. l. l. monuimus.

Ἤδη δὲ Μαλέας πλησίον πεπλευκότας,
Ἀπηλιώτης ἄνεμος ἐμπνεύσας δορὶ,
Ἐξέβαλεν ἡμᾶς τήνδ' ἐς Αἰτναίαν πέτραν,
Ἵν' οἱ μόνωπες ποντίου παῖδες θεοῦ,
Κύκλωπες οἰκοῦσ' ἄντρ' ἐρήμ' ἀνδροκτόνοι.
Τούτων ἑνὸς ληφθέντες ἐσμὲν ἐν δόμοις
Δοῦλοι. καλοῦσι δ' αὐτὸν, ᾧ λατρεύομεν,

Πο-

Πολύφημον. ἀντὶ δ' εὐίων βακχευμάτων,
Ποίμνας Κύκλωπος ἀνοσίου ποιμαίνομεν.
Παῖδες μὲν οὖν μοι, κλιτύων ἐν ἐσχάτοις
Νέμουσι μῆλα νέα, νέοι πεφυκότες.

ἀπηλιώτης ἄν. Graecis eſt ventus ab oriente verno i. e. aequinoctiali ſpirans, Eurus, qui Athenienſibus Ἀργεστὴς, Romanorum nautis dicitur ſubſolanus, teſte Gellio L. II. 22. v. Barneſ. ad h l. Etiam LXX. h. v. vtuntur pro hebr. נגב Ezech. LXI, 4. et צפב Iudith. VII, 16. Ierem. XXV, 26. Bene, quoad ſenſum, Brumous: vn vent contraire. Δορὶ, νέῳ. vid. ſupra v. 15. Barneſ. h. l. citat Oppian. Cyneget. l. 4. quem etiam Brodaeus notauit. Eſt autem v. 263. ed. Rittershus. qui tamen nihil de h. v. monuit. Malea, Laconiae promontorium, infr. v. 292. Neptuno ſacrum dicitur. vid. Schol. Oreſt. v. 362. Meurſ. Gloſſar. Graeco — Barb. v. καταμάγουλον, et quos laudauit Barneſ. ad l. l. ἵνα, ὅπου. vid. Valkenar. ad Herodot. IX, 27. Schol. Homer. Od. κ. v. 417. Hecub. Eurip. v. 2. et Schol. Cod. D'oruill. Callimach. H. in Apoll. v. 113. Albert. ad Heſych. Suid. et Etymol. M. μόνωψ i. q. μονοφθαλμὸς, quod differt ab ἑτεροφθαλμὸς, hoc enim dicitur de eo, qui vno oculo priuatus eſt aliquo caſu, illud autem de eo, qui nunquam habuit oculum alterum, quod de Cyclopibus fingebat antiquitas. μονόφθαλμος eſt i. q. μονοδέρκτης: v. infr. v. 78. D'oruill. ad Chariton. p. 580. 81. ed. Lipſiens. atque Nunneſium ad Phrynich. Eclog. p. 26. item Moſchopul. Ammon. Thom. M. Polluc. et Barneſ. ad h. l. qui Heſiod. Theog. v. 143. laudat. πόντιος ἄναξ, Neptunus. Ita etiam vocatur apud noſtrum in Hippolyt. v. 45. vbi additur Ποσειδῶν. Alias etiam dicitur πόντιος δαίμων, Ariſtoph. Ran. v. 1380. vbi vid. Schol. Cyclopes autem, vt Mythologia narrat, Neptuni et Amphitrites filii erant. vid. Homer. Od. α, 70. ſſ. et Schol. ad Eurip. Oreſt. v. 963. ἔρημα ἄντρα vaſta antra (Virg. Aen. III. 617.) Nam ἄντρον, Heſych. teſte, eſt ὑπόγειος τόπος, σπηλαίον, quod ab ἄντρῳ teſte Ammonio ita differt, vt illud ſit κοίλωμα αὐτοφυὲς, hoc autem χειροποιητὸν atque idem ac σπῆλυγξ, quod Suid. per σπηλαίον reddit. ἀνδροκτόνοι

ali-

alibi ἀνδροφόνοι l. ἀνδριφόντες l. ἀνδροκόνοι vt apud Heſych. vbi tamen cum Schradero legere malim ἀνδροκτόνοι, atque Heſychium ad h. l. noſtrum in gloſſa l. reſpexiſſe puto, quamquam quod iam Cel. Alberti ad l. l. monuit, non ignoro, poſſe etiam ἀνδροκόνοι dici, a verbo καίνειν, quod idem cum κτείνειν· (cf. Eurip. Fur. Herc. 865.) ſed fortaſſe loca facile reperire non licuerit, vbi occurrant ἀνδροκόνοι. ὑφ᾽ ἑνὸς ἐκ τούτων ἐν δέμοις τούτοις ληφθέντες ἐσμεν, haec Aoriſti primi periphraſis attica eſt, Attici enim pro verbo finito ponunt participium verbi, cum verbo εἶναι. vid. Schol. ad Euripid. Hecub. v. 579. Eadem loquendi ratio nec ſcriptoribus ſacris infrequens eſt, vid. Glaſſ. Phil. S. III, IV, 3. Elſner ad Luc. I, 21. p. 173. Ekhard. Obſſ. ex Ariſtoph. Plut. ad N. T. p. 40 ſſ. αὐτὸς et ἐκεῖνος apud Veteres diſcipuli et ſerui ſolebant vſurpare, cum magiſtrum aut dominum ſignificare vellent. vid. Schol. ad Ariſtoph. Nubb. v. 195. Harles. V. C. Anthol. Gr. Anacr. Od. VIII, 27. p. 13. et Ariſtoph. Plut. v. 195. et 219. vbi Kuſter. deſcripſit ea, quae Caſaubon. notauerat ad Theophraſt. Charact. περὶ τῆς κολακείας, qui etiam hunc locum noſtrum praeter alia laudauit. vid. Valkenar. ad Theocrit. III. v. 38. Suidas: αὐτός. ἀντὶ τοῦ ὁ δεσπότης. Infra v. 129. diſerte additur Κύκλωψ. Ita et h. l. Silenus de domino loquitur cui λατρεύει. Heſych. λατρ. ἐλεύθερον ὄντα δουλεύειν, vid. Cang. Gloſſar. Gr. Alias teſte Suida i. q. τιμᾶν. εὔϊος, cognomen Bacchi Poetis valde vſitatum. vid. Barnes. ad Eurip. Bacch. v. 141. et Bourdin. ad Ariſtoph Theſmophor. 999. vbi monet, etiam Demoſthenem in Orat. pro Coron. et Strabonem in Geogr. huius nominis mentionem facere, ſaepe enim eos, qui comisſati fuerint, inuocaſſe Εὔϊον i. e. Bacchum, et clamaſſe εὐοῖ et σαβοῖ, quod nil niſi Bacchum deſignet. vid. plura in Scholiis Biſeti ad l. l. et Suid. — Hinc Bacchae dicuntur apud Euripid. Phoenn. v. 660. εὔϊοι γυναῖκες, quoniam Schol. ad h. l. teſte, ſaltantes Baccho acclamabant εὐοῖ et εὐᾶν. Βακχεύματα autem eſſe poſſunt Bacchanalia, ſ. feriae in honorem Bacchi celebratae, et debacchationes ſic dictae, l. gaudia ſimilia illis. Brumous addit: Quel changement de fortune. Bene, nam hoc ſibi vult illud ἀντὶ etc. Idem vero pro illis vv. εὐ. β. habet: aprés avoir ſervis l' aimable Bacchus, quoniam opponuntur ἀνοσίῳ K. Ἀνόσιος, quod Heſych. expl. per ἄδικος differt ab hoc ita, vt illud ſit improbus ratione legis ſ. iuris naturalis, hoc, improbus ratione legum ciuilium, ſ. hominum. Poterit h. l. vtraque notio iungi, vt in tota hac fabula. Nouimus enim Cyclopem improbiſſimum fuiſſe erga Deum hominesque, et vtroque modo legis naturalis normam neglexiſſe. Infra v. 26. 31. dicitur δεῖπνον ἀνόσιον. vid. de h. v. Heath. ad Eurip. Herc. fur. v. 853. D'oruill. ad Chariton. p. 267. ed. Lipſ. Gatacker. ad Antonin. XII, §. 1. p. 345. Heſych. ἀνόσια, βέβηλα, ἄδικα, ἄνομα. διάκονος, ſecundam producit, vt Bacch. v. 396. ποίμνας ποιμαίνειν, ſic ſaepius apud LXX. Intpp. et alios SS. exteros. v. Euripid. Hippolyt. v. 320. 337. Bacch. 434. 1202. 953. 1259. 1296. Barnes ad Iphig, Aul. v. 1182. et Amiciſſim. Kuinoel. ad Cydon. p. 124. De v. ποιμαίνειν vid. Toup. ad Theocrit. quem laudat Valkenar. ad Eurip. Hippolyt. v. 151. p. 128. ἐν ἐσχάτοις κλιτύοις, in remotis longe hinc collibus. κλιτύς eſt quiuis locus praeceps et deuexus. Heſych. expl. per: ἀπόκλιμα τῶν ὀρῶν. Schol. in Eurip. Hippolyt. per: ὑψηλὴν καὶ ἀνακεκλιμένην πέτραν, et Schol. Homer. Od. Σ. v. 470. per: ὑψηλὴν πρόσβασιν τοῦ ὄρους. vid. Schol. Apollon. p. 28. νέμειν μῆλα, ſupra v. 26. ποιμαίνειν ποιμνὰς, infr. v. 36. προσνέμειν μῆλα. μ. νέα νέοι πεφ. Sic νέος μόσχος Pſ. LXVIII, 36. πῶλος νέος Zach. IX, 9. Caeterum elegans h. l. comparatio, Sileno non diſſimilis, nec frigida, quam voluit ad h. l. Pierſon. in Veriſimm. L. II. c. 2. pag. 142. qui legendum cenſet h. v. ſic: νέμ. μ. νεανίαι πεφ. etc. Idemque addit, ſe nihil ſimile apud Euripid. niſi in Alceſtid. v. 471. inueniſſe. Sed hoc Paregmenon apud eundem et alibi eſt obuium, v. c. Heraclid. v. 140. licet ibi non ipſum v. νέος occurrat. Caeterum πεφυκότες pro ὄντες. vt Eur. Phoenn. v. 915. Hippolyt. v. 942. ibid. 43. Vnde Vir natus, Phaedr. III, 8, 11. Cic. Ep. Diu. IV, 5. vbi v. Cort. Heſych. πεφυκέναι, ὑπάρχειν. Eurip. Hipp. v. 13. Caeterum Scaliger illud μοί accipit pro ἐμοὶ, ſed poſſit etiam dici, illud μοί vt alibi, h. l. redundare, quod in omnibus fere linguis eſt vſitatum. vid. Weſſeling. ad Herodot. p. 649. et infra v. 41. Idem, Muſgrauius elegantius eſſe monet q. v.

Ἐγὼ δὲ πληροῦν πίςρα, καὶ σαίρειν ςέγας
Μένων τέταγμαι τάσδε, τῷδε δυσσεβεῖ
Κύκλωπι δείπνων ἀνοσίων διάκονος.
Καὶ νῦν τὰ προςαχθέντ' ἀναγκαίως ἔχει,
Σαίρειν σιδηρᾷ τῇδέ μ' ἁρπαγῇ δόμȣς.
Ὡς τόν τ' ἀπόντα δεσπότην, Κύκλωπ', ἐμὸν
Καθαροῖσιν ἄντροις, μῆλά τ' εἰσδεχώμεθα.
Ἤδη δὲ παῖδας προσνέμοντας εἰσορῶ
Ποίμνας. τί ταῦτα; μῶν κρότος Σικιννίδων,
Ὅμοιος ὑμῖν νῦν τε, χ' ὧτε Βακχίῳ
Κῶμοι συνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμȣς
Προσῇτ', ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλȣ́μενοι;

v. 29. πίςρα, non πίςρας, quod vult Brodaeus, vt infra v. 47. legitur. Alias enim, quod iam monet Barneſ. ad l. l. verſus non ſtaret, quoniam Iambus eſt in quarto loco. Huc ſpectat gloſſa Heſychii: πίςρα ἢ ποτίςρα. Ibi Albert. V. C. praeter alia loca etiam noſtrum laudauit et Barnes. ad l. l. Hic monet infr. v. 47. πίςρα eſſe a πίσαι, vt ποτίςρα a ποτίζειν. Id. Heſ. habet haec: πίσαι γὰρ, τὸ ποτίσαι. πίςραι, αἱ, ποτίςραι Musgr. ad h. l. comparat cum canalibus ilignis apud Virg. Georg. L. III. v. 330. Hoc autem munus Sileni fuiſſe, apparet etiam infr. e v. 219. et 553. σαίρειν ςέγας, verbum in hac re proprium, ſcopis verrere, vnde σάρον ſcopae purgatoriae, virgulae. vid. Flamin. Chriſtian. ad Ariſtophan. Veſp. v. 59. pro quo alibi κόρημα l. ὄφελμα, l. κάλλυντρον per quod Scholiaſt. vertit vocab. σάρον. vid. Spanhem. ad Callimach. H. in D. v. 225. et Iſaac. ad Lycophron. p. 175. Heſych. σαίρει, κοσμεῖ, καλλύνει, quam gloſſam forte deſumſit ex Plutarch. de Oſirid. et Iſid. p. 362. Pro illo σαίρειν alibi occurrit σαρȣ̃ν, quod tamen teſte Moeride (p. 356.) eſt ἑλληνικῶς, ſed σαίρειν Ἀττικῶς, ibi Pierſon. inter alia loca ex Euripid. et Sophocl. petita etiam noſtrum citauit. vid. Thom. Mag. p. 789. Phrynich. p. 14. Phauorin. et Nunneſ.

p. 20. Wetſten. ad Matth. XII. v. 44. Infra v. 33. additur σιδηρᾷ ἁρπαγῇ δόμȣς σ. nam ςέγη pro δόμος, vt Euripid. Alceſt. init. quanquam proprie ſ. tectum. vid. Valkenar. ad Ammon. p. 178. Plutarch. in Vit. Dion. p. 982. σαίρειν καλύντρῳ τὴν οἰκίαν. Eurip. Ion. v. 795. σαίρειν δῶμα ſimpliciter, vt Hecub. v. 363. Τετ. μένων, pro μένειν, vid. Viger. p. 330. et Hoogeuen. l. l. Τάττειν, quod proprie ducis eſt aciem inſtruentis, omnino ſgſc. ordinare, demandare alicui aliquid, deſtinare aliquem alicui negotio, vt I Corinth. c. XVI, 15. vbi vid. Wetſten. Tom. II. p. 175. adde Plutarch. Camill. §. 169. ed. Baumann. Pierſon. l. l. illud μένων inſulſum omnique dicit ſenſu carere, vnde legere mauult γέρων, quoniam in h. fabula Silenus ſemper ita compelletur v. 193, 225, 228. 464. adde v. 100. vbi γεραίτατος dicitur. Vnde, vt obiter moneamus, quia Satyri νεανίαι ab Vlyſſe nuncupantur, v. 433. ſupra legendum cenſebat νεανίαι pro νέα νέοι. Tum ergo bene ſibi inuicem iſta vv. reſpondere putat. Ipſe etiam Brumous in Theatre des Grecs hanc lectionem habuiſſe videtur, quippe h. l. ita circumſcribit: Mon emploi conforme *à mon âge* eſt de remplir de lait les vaiſſeaux, de tenir la grotte nette etc. Cum autem aliae cauſae, quibus motus illa vv. corrigere debeam, quam laudatae a Pierſono, non adſint, retinere malo receptam lectionem. Refero potius illud μένων ad filios, quatenus exeunt, ac pecora in pratis paſcunt. Iam bene oppoſitio ſtare poterit cum verterimus: Ich aber muſs zu Hauſe bleiben etc. Vnde Reiskius, omnia haec quae Pierſon. in h. l. ſollicitauerit, ſana eſſe monet. Sic Brodaeus, Florens. Chriſtian. Barneſ. Musgrau. atque tantum non omnes. διάκονος h. l. in proprio ſignificatu ab Euripide vſurpatur de eo, qui in coena potum cibumque miniſtrat, additur enim diſerte v. δείπνων ἀν. Ita διακονεῖν ſaepius in SS. profanis et ſacris v. c. Marc. I, 13. Matth. IV, 11. vid. Wetſten. T. I. p. 273. δεῖπνον, Heſych. τὸ καθ' ἡμᾶς ἄριςον, ἢ τροφὴν ἑσπερινήν. vid. Schol. ad Homer. Il. B. 381. et ibid. Euſtath. p. 242. nec non Weſſeling. Herodot. p. 724. A. G. Dicuntur autem ἀνόσια, ob cauſam ad v. 26. laudatam. Brumous: horribles feſtins. ἀναγκαίως ἔχει τὰ προςαχθέντα, ſcil. ποιεῖν, mandata peragere neceſſitas iubet, et σαίρειν etc. Niſi ſupplere malueris κατὰ, ex mandatis, debeo σαίρειν etc. vt Brodaeus fecit. Sic ὑπȣργεῖν ἐμε ἀναγκαίως ἔχει, Hercul. fur.

v. 859. vid. Barneſ. ibid. v. 502. Eodem modo Brumous intellexiſſe videtur: Il eſt temps de ſonger à ce qui m'eſt preſcrit etc. De v. σαίρειν vid. nos ſupra ad v. 29 Hic igitur additur ἀρπαγὴ σ. i. q. ξυςὴρ l. ἐξαυςὴρ, λύκος, lat. lupus, harpago, harpax. Inſtrumentum aduncum, quo ad arripiendum l. extrahendum aliquid vtimur. vid. Pollux. Onomaſt. h. v. et Heſych. qui ad l. noſtrum reſpexit. ἁρπ. ξ. ἐςὶ τὸ σκεῦος ἔχον ὀγκίνους, ᾧ τοὺς κάδους ἀνασπῶσιν ἀπὸ τῶν φρεάτων, καὶ ὁ λύκος. Εὐριπίδης. δεσπότης, quod Graecis nomen inuidioſum fuiſſe monet Weſſel. Herodot. p. 244, 12. Ammonio auctore, differt a. v. κύριος. Hic enim eſt, vt eius verbis vtar, τῆς γυναικὸς ἀνὴρ, καὶ τῶν υἱῶν ὁ πατὴρ, ille autem ἀργυρωνήτων. ἄποντα vocat herum, quem infra v. 246. ſſ. dicit Φροῦδον πρὸς Αἴτνας θῆρας ἰχνεύοντα κυσίν. ἄντρα autem nominat, quae ſupra domum tectumque nuncupauerat, quia (v. 22.) Polyphemus in antris habitabat. μῆλα, de omni pecude etiam de capris dici, docet Spanhem. ad Callim. H. in Iou. v. 51. Idem de v. πρόβατον valet. vid. eundem ad l. l. et Schol. Homer. Il. ξ. v. 121. a Veteribus omnia quadrupeda ſic dicta fuiſſe, monet. Bene Silenus herum cum pecude iungit! εἰσδέχεσθαι, i. q. ὑποδέχεσθαι, vid. Schol. Phoenn. v. 268. l. δέχεσθαι ſimpliciter, conuiuio excipere. Weſſel. Herodot. p. 63. 49. ad L. I, §. 126. vid. infr. v. 213. ἤδη, quod alias, Etymolog. M. auctoritate, ἐπὶ τοῦ παρῳχηκότος καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος dicitur, h. l. de praeſenti tempore vſurpatur. Προσνέμειν, l. i. q. ſimplex νέμειν, l. iungenda eſt idea vicinitatis. Caeterum εἰσορᾶν apud poetas, inprimis Euripidem idem eſſe quod ſimplex ὁρᾶν, l. βλέπειν, per quod Heſych. interpretatur, non eget admonitione. vid. Hecub. v. 954. et Phoenn. v. 116. Brumous addit: qui reuiennent en danſans avec les troupeaux. μῶν, ἐρωματικῶς ἀναγνωςέον, Schol. Phoenn. v. 720. Fiſcher. Cel. Ind. Platon. et Moſchopul. Ariſtoph. Plut. v. 271, 846. κρότος, plauſus, v. c. χειρῶν, Ariſtoph. Ran. v. 157. vid. nos infr. ad v. 179. deinde ſonum notat ex plauſu ortum, h. l. ſtrepitum. Σικίννις, Sicinnium, lasciua Satyrorum ſaltatio erat, inſignis creberrima celerrimaque geſticulatione. Cuius inuentorem, alii ſtatuunt, fuiſſe quendam Sicinnum, Barbarum, l. Cretenſem eius nominis, voluntque inde nomen illud deriuare. Alii a graeco v. σείεσθαι, alii a κίνησις, tranſpoſitis nimirum litteris, alii

alii ab vtroque ortum cenſent. (Heſych. ad quem vid. Albert.) Barnes. explicat: Σ. ὀρχήσεώς τινος πολυσχημάτου εἶδος, et Rhodigin. Lib. V, c. 4. laudat. Schol. min. ad Homer. Il π. v. 617. τρία γὰρ εἴδη ὀρχήσεως· πυῤῥίχη, σίκιννυς, ἥτις ἐςὶν ἱερατική· καὶ ὁ σκορδακισμὸς, αἰσχρός τις ὢν καὶ βεβήλοις ἁρμόδιος. (κόρδαξ et κορδακισμὸς erat etiam ſaltationis laſciuae et ridiculae genus. vid. Intpp. ad Terent Adelph. et Rhodig. l. II. 4.) Plura de v. Σικινν. monuere Athenaeus in Dipnoſoph. L. IV. c. 7. p. 630. ed. Dalechamp. (vnde Satyri σικιννίςαι dicti, vid. eundem L. I.) Caſaubon. Poeſ. Satyr. p. 110. Valkenar. ad Ammon. p. 83. Etymolog. M. et Eraſm. in Adag. Brodaeus explicat per τὴν τῶν Σατύρων ὄρχησιν. κῶμος, Graecis omnino eſt quoduis ſolemne conuiuium et comiſſatio, vt infr. v. 444. Inprimis vſurpatur de laſciuo cantu cum tripudio. vid. Ariſtoph. Theſmoph. v. 997. ibi eſt: μέλπειν Διόνυσον κώμοις, Bacchicis cantilenis celebrare. Vnde Heſych. κῶμοι, ἀσελγῆ καὶ πορνικὰ ᾄσματα, καὶ συμποσιακαὶ ᾠδαί. Etymolog. ἐςι δὲ κῶμος καὶ εἶδος ὀρχήσεως κ. λ. Tum vero κῶμοι dicuntur ſodales Bacchi, vt h. l. vnde Bacchus ipſe in Ariſtoph. Nub. v. 604. vocatur κωμαςής. vid. Schol. ad Theocrit. Idyll. III, v. 1. Weller. Boſ. Wetſten. alioſque Intpp. ad Rom. XIII, 13. et Suartii libellum ſingularem, de Comiſſationibus Veterum, qui prodiit Altorf. 1744. Caeterum non male Cel. Manſo in not. ad Bion. Idyll. η, v. 4. p. 267. κῶμον, in vniuerſum denotaſſe exiſtimat, laetitiam, hilaritatem, hinc de ſingulis laetitiae ſpeciebus, quarum ſint multae, eſſe vſurpatum. In l. l. eſt.: κῶμον ἄγειν ibi Longepierre: Je vais conduire vne ſerenade, ſed Vulcan. conuiuia mixta choreis paſtorum peto. vid. eundem et Vulcan. ad Idyll. I, v. 97. vbi tamen verior lectio mihi eſſe videtur: κόμμος. vid Caſaubon. Satyr. P. L. I, c. 4. et 5. Intelligendi igitur h. l. ſunt ſodales Bacchi, vt apud Athenaeum et Demoſthen. l. omnino dicendum, κῶμον eſſe turbam iuuenum, hanc enim ſignificationem ineſſe h. v. docuit Barnes. ad h. l. et Supplic. v. 390. et Jon. v. 1197. adde Schol. Hippol. v. 54. qui κῶμον προσπόλων ὀπισθοπεῦντα interpretatur per χόρον π. ἑπόμενον. Spanhem. ad Ariſtoph. Plut. v. 104. vbi plura monuit de v. κῶμος, addit, dici etiam de florente et armata iuuentute apud Eurip. Suppl. v. 390. vnde in loco noſtro illuſtrari poſſe verba κῶμοι συνασπίζοντες κ.

Συν-

Συνασπίζοντες ſunt iidem qui Eurip. Hipp. v. 54. dicebantur κ. ἑπόμενοι De v. συνασπίζειν eadem valent, quae ſupra ad v. 6. monuimus de v. παρασπίζειν. Heſych. vertit per: συμμαχεῖν, quod etiam ſignificat auxilium ferre, vt Maccab. L. III. 3, 10. Hinc ſimpliciter comitari. Vnde et h. l. poſſet verti: turba iuuenum comitans B. Tum bonus ſenſus exſiſtit, nec opus eſt, vt cum Caſaubono pro συνασπίζοντες legamus συνασπίζοντι, quod retraheretur ad Bacchum, ſenſumque redderet multo difficiliorem. Iam forte videre licet, κώμους συνασπίζοντες προσιέναι εἰς A. δ. eſſe i. q. ſimplex κωμάζειν ſ. κωμάσδειν, ſenſu illo, quem ſupra ineſſe monuimus h. v. a Schol. ad Theocrit. l. l. indicato. Hic enim dicit: τό κωμάζειν λέγεται ἐπὶ τῶν κατὰ νύκτα εἰς τὰς ἐρωμένας ἀπερχομένων. Eodem ſignificatu apud Bion. l. l. occurrebat v. κῶμον ἄγειν. Florens Chriſtianus ingenioſe ſed ſine omni cauſa legit: κώμοι, quod ad Silenum eſſet trahendum, qui comes Bacchi erat, quem ſequebantur Satyri. Huic coniecturae Musgrauius fauere ait, quod συνασπίζειν plerumque cum Accuſat. iungatur, cuius rei exempla attulit, q. v. Idem haec monet: „κώμους, Ita MSS. Steph. quorum auctoritati obtemperandum putaui. Ed. Ald. κῶμοι, vnde et κῶμον facias, quod fortaſſe elegantius.“ Αλθαία, (ſic enim legendum apud Heſych. pro Αλθέα, quod vitium ſcribendi fortaſſe inde eſt ortum, quoniam antecedens voc. eodem modo ſcribebatur, quod tamen, Heſych. teſte, herbae quoddam genus eſt, quae ſecundum Dioscoridem dicitur Ibiscus.) mater Meleagri, auctore Schol. ad Homer. Il. I, 544, 551. De amore Bacchi in Althaeam vid. Hygin. f. 129. e qua natam eſſe Deïaniram narrat hiſtoria, quam deſcripſit Apollodor. Bibliothec. L. I, c. 8. §. 1. ed. Heyn. Ibi de Oeneo Chaledoniae rege dicit: γήμας δὲ Ἀλθαίαν τὴν Θεστίου, γεννᾷ Τ. — καὶ Δηϊάνειραν, ἣν Αλθαίαν λέγουσιν ἐκ Διονύσου γεννῆσαι. ad quem locum plura monuit Cel. Hein. p. 114. ἀοιδαῖς (ᾠδαῖς ſ. φωναῖς) βαρβίτων σαυλούμενοι, delectati ſ. ſaltantes ex barbitorum cantu. Nam βάρβιτος eſt lyra maior graui ſono. vid. Celeb. Iani ad Horat. Od. I. 1, 34. Suidas, (vnde ſua habet Phauorin.) βάρβιτον, ψαλτήριον, κιθάρα, εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ. Fortaſſe hanc gloſſam deſcripſit ex Schol. Euripid. Alceſt. v. 345. qui haec habet: εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ ὁ βάρβιτος, βαρυτέρας ἔχων τὰς χορδὰς καὶ ἐστὶν οἱονεὶ βαρύμιτος τὶς ὤν. Heſych. explicat per: εἶδος

εἶδος κιθάρας, ἢ λύρα. vid. Biſet. ad Ariſtophan. Thesmoph. v. 144. qui etiam Etymolog. M. explicationem h. v. laudauit, et ad eundem l. Bourdin. qui addit, hoc voc. apud Athenaeum (L. IV. 24.) nec non in Sapphus et Anacreontis Odis (XVIII, 46.) occurrere, vid. Ariſtotel. Politic. L. VIII, 6. qui in genere feminino h. v. vſurpat, et Coel. Rhodig. IX, 4. qui Anacreontis eſſe εὕρημα cum Athenaeo monet. σαυλεῖσθαι i. q. τρυφᾶν, θρύπτεσθαι, per quod etiam Photius explicat. Barneſ. interpretatur per: ἁβρῶς καὶ τρυφερῶς βαδίζειν καὶ κούφως χορεύειν, laudatque Homer. Hymn. Bacch. v. 28. vbi occurrit, σαυλὰ ποσὶν βαίνειν, adde Med. v. 1164. vbi eſt: ἁβρὸν βαίνειν ποδὶ. Ibi Barneſ. in not. per σαυλεῖσθαι explicat. vid. Caſaub. Poeſ. Satyr. p. 164. Aldus legit: σαυλούμενος, tumque ad κρότος refertur, neſcio an ſatis bene. Non dicam nimis remotum eſſe praedicatum σαυλ. a ſubiecto κρότος, quid vero eſſet κρότος σαυλούμενος in hoc contextu! et nonne, ſi lectio recepta ſeruatur, ſenſus commodus eſt atque facilis? Eodem modo mihi probari non poſſe videtur lectio σαυλουμένοις, quod pertineret ad ἀοιδαῖς. Denique non eſt neceſſarium, vt cum Barneſio legamus συναυλούμενοι, vt Bacchius ſit in loco quinto. Brumous ita h. l. vertit: Croyés vous donc aller au ſon des inſtrumens, comme autreſois, accompagner Bacchus aux feſtins d' Alethée?

ΕΠΩΙΔΙΚΑ.

Στροφή.

Πᾷ δή μοι γενναίων μὲν πατέρων,
Γενναίων τ' ἐκ τοκάδων;
Πᾷ δή μοι νίσσῃ σκοπέλους;
Οὐ τῶδ' ὑπήνεμος ἄυρα,
Καὶ ποιηρὰ βοτάνα,
Δινῶεν θ' ὕδωρ ποταμῶν
Ἐν πίστραις κεῖται, πέλας ἄν —
τρων. οὔ σοι βλαχαὶ τεκέων.

Ψύτ-

Ψύττα· οὐ τάδ' οὐ, οὐ τάδε νέμῃ;
Οὗτ' οὖν κλιτὺν δροσερὰν;
Ὠή· ῥίψω πέτρον τάχα σου.
Ὕπαγ' ὦ, ὕπαγ', ὦ κεράστα,
Μηλοβότα στασίωρον,
Κύκλωπος ἀγροβώτα.

v. 41. ſſ. Chorus, qui ex Satyris conſtat, paſtorum more pecora alloquitur, et tempora illa felicia memoria repetens, quibus Baccho inſerviebat, triſtem ſortem deplorat, quae nunc ſub Cyclopis crudelis imperio contingat. Ridiculum profecto ſpectaculum praebere debebat eiusmodi Satyrorum turba, quae armenta compellabat carmine eleganter compoſito, more Theocriteo. Nolo enim lectorem ad illam, quam ipſe ſentire debet, elegantiam in verſibus ſſ. qui prorſus Theocritum ſapiunt, adducere. Dum vero cogitamus, eos ex Satyrorum, quales antiquitas fingit, ore provenire, tum profecto riſum tenere non poſſumus. — πᾷ δη μοι γ. π. πᾶ, quod doric. eſt pro πῆ alibi i. q. πῶς, ſed h. l. vt ſaepius apud Poetas, v. c. Hippolyt. v. 673. et 1066. i. q. ποῖ, quonam. μοὶ, vt in omnibus fere linguis abundat. Malo tamen in Hoogeueni ſententiam cedere, qua latentem ſecum afferre notionem teneri affectus l. imperioſi (vt h. l.) monet. Vid. eum ad Viger. Id. Gr. p. 161. et Rittershuſ. ad Oppian. Cyneg. I, 89. p. 15. Quanquam interdum παρέλκειν non negauerim. Vid. Amiciſſimum meum Bayerum, Profeſſor. Erlang. in Diſſertatione, quae continet Adnotationes quasdam in Theocrit. Idyll. XV. Sectione eius altera, p. V. ad v. 3. ſſ. vbi laudat inter alia Vechner. Hellenolex. p. 175. ſſ. adde quae ſupra monuimus ad v. 27. Barneſ. ad Euripid. Bacch. v. 217. ſcribit, ſi ſit ſuperuacuum illud pronomen, quod vult l. l. Brodaeus, tamen eleganter adeſſe, ſaltem ornatus cauſa. vid. eundem ad Eurip. Iphig. Aul. v. 613. et Taur. v. 922. Suppl. v. 44. et Euſtath. ad Homer. f. 999. l. 36. Reiskius notat, Chorum h. l. alloqui arietem aut hoedum. γενναῖος, generoſus, praeſtans, pinguis. Nam Timaeus in Lex. Platon. explicat de eo,

quod in ſuo genere excellit, vnde homines, animalia, et incorporea ſic dici Ruhnken. l. l. docet. vid. Xenoph. Oeconom. XV, 4. ἐκ πατέρων καὶ τοκάδων, deſcriptio parentum et auorum etiam Scriptoribus SS. non inuſitata, ſubint. autem βλαστοῦσα, vid. Musgrau. ad Ion. v. 116. Caeterum τοκὰς, q. alibi μήτηρ, (Suid. τ. ἡ γεννῶσα) etiam de beſtiis vſurpatur. (v. c. Euripid. Med. de leaena.) Sic in LXX. virali verſione III. Reg. IV, 26. τοκάδες ἵπποι. vid. Rittershuſ. ad Oppian. Halieut. Lib. I. v. 735. p. m. 214. ſ. et v. 725. νίσσομαι, στρέφομαι πορέυομαι cf. Etymol. M. p. 606. et Callim. H. Iou. v. 25. σκόπελος, (ὑψηλὴ πέτρα, auctore Cyrill. Lex. Mſ. Brem.) locus vnde poſſumus res circumiacentes σκοπεῖν, hinc rupes in mare prominens ſic dicitur. Omiſſa autem eſt praepos. εἰς, quam omnia verba motum ad locum ſignificantia omittunt, quod Reisk. iam monuit. Addere poſſumus Hoogeuen. ad Viger. Id. Gr. p. 572. et Lamb. B. Ellipſ. Idem quoque fit poſt verba diviſionem declarantia, vid. Cel. Fiſcher. ad Platon. Parm. 14. c. Caeterum prioris exempla ſat multa occurrunt apud Homer. vnde Virgil. ſaepe hanc aliasque praepoſitiones negligit, vid. Heyn. Summum V. ad Aeneid. L. I. v. 2. τῷδε ſc. τόπῳ. l. χώρᾳ, ſi cum Scaligero legere malueris τᾷδε. Ita Mſ. A. et G. Bibl. Pariſ. Reg. quae contulit Musgrau. qui eam illi alteri lectioni praefert, quae in Ald. ed. legitur. ὑπήνεμος ſ. ὑπηνέμιος, pro quo teſte Moeride etiam dicitur ἀνεμιαίος. (vid. Pierſon. l. l.) proprie, qui vento eſt expoſitus, ὁ ὑπὸ τὸν ἄνεμον. Vnde ἀκτὴ ὑπήνεμος apud Theocrit. Idyll. XXII, 32. Quia autem quod vento eſt expoſitum facile diſpergitur, hinc ſ. vanum, irritum; vid. Cel. Beck. ad Ariſtoph. Au. v. 694. Athen. L. XVI. Alberti ad Heſych. h. v. Kuſter. ad Suid. Thom. Mag. p. 57. et 68. vbi cf. Intpp. vnde ὑπήνεμ. drr. oua, quae alibi οὔρια ſ. οὔρινα et Zephyria, Plin. L. X, 58. quia plerique ea generari a vento putabant. Hinc Vulcanus, qui Apollodoro (L. 1, 3, 5. p. 11. ed. Heyn.) teſte, χωρὶς εὐνῆς l. vt Lucian. de Sacrificc. ſcribit, ἄνευ πρὸς ἄνδρα ὁμιλίας, ex Iunone prognatus dicebatur, etiam ὑπηνεμ. vocatur. Quia autem quod eſt ὑπὸ τὸν ἄνεμον οὐκ ἐναντίον τοῦ ἀνέμου, ei nihil obſtat, etiam ſignificationem celeritatis habet. Caeterum i. q. ὑπαίθριος apud Prometh. Aeſchyl. v. 113. h. l. lenis, dulcis aura. vid. Gatacker. ad M. Antonin. de

reb. ſ. L. VI, §. 16. αὖρα, πνοὴ, πνεῦμα, ἄνεμος. Ariſtotel. de Mund. T. I. p. 468. notat, αὔρας proprie eſſe nominatas τὰς ἐξ ὑγροῦ φερομένας ἐκπνοάς. In Phoenn. v. 1704. eſt ναυσίπομπος αὔρα, ventus velis ſecundus, nauigantibus fauens. v. Schol. ad Hecub. v. 444. et Barnes. ad Supplic. v. 1048. Summopere mihi arridet ingenioſa Musgrau. emendatio, ſcribentis αὖλα πρὸ αὔρα, nolo tamen ſine omni cauſa contra auctoritatem omnium Codd. corrigere. δινᾶεν ὕδωρ ποταμῶν, aqua vorticibus circumacta. δῖναι, αἱ τῶν ὑδάτων συστροφαί. v. Heſych. Suid. Thom. M. in v. δινεῖν, et Intpp. ad Theocrit. Adoniazus. v. 82. Celeb. Beck. ad Ariſtoph. Au. v. 696. πέλας, i. q. v. 154. ἄστον. τέκεα ſ. τέκνα, non de hominibus ſolum, ſed etiam beſtiis vſurpari conſtat. cf. Ariſtoph. Plut. v. 292. Coluth. R. H. v. 136. etiam in LXX. virali v. I. Reg. XIV, 32. Symmach. Iob. V. v. 7. pro quo Aquila habet: υἱὸς. vid. Gatacker. de Stil. N. T. c. XVI. et Vorſt. Philol. S. 11. 24. p. 54. Eodem modo et βρέφος occurrit, vid. Weſſeling. ad Herod. III. 153. vnde forſan Rittershuſ. haec aliaque exempla non in mente habuiſſe videtur, notans: ſe credere vix alibi βρέφος de animalibus reperiri, praeter Oppian Halieut. L. V. v. 464. vbi iſta monuit, et quem ipſe laudat Phil. Mantichor. (Hiſtor. anim. 35, 22. p. 65. ed. Bersmann.) βληχὴ quod proprie vt h. l. de ouibus dr. alibi etiam de infantibus recens natis adhibetur, cum ab vberibus matris abrepti vagiunt, quia eorum vagitus ſimilis eſt balatui ouium. vid. Schol. ad Aeſchyl. Theb. v. 353. et Valkenar. ad Ammon. p. 228. ψύττα, i. q. φίττα l. ψίττα l. σίττα. Heſych. teſte, ἐπὶ τοῦ ταχέως ἀποδραμεῖν λέγεται, vbi Kuſter. et Soping. etiam hunc noſtrum l. laudarunt. vid. de h. v. Schol. Theocrit. Idyll. IV, 45. et Intpp. l. l. Ibi ſimili modo Corydon hircum compellat. Σιτθ' ἁ Κυμαίθα ποτὶ τὸν λόφον. οὐκ ἐσακούεις; Ἥξω, ναὶ τὸν Πᾶνα, κακὸν τέλος αὐτίκα δωσῶν, Εἰ μὴ ἄπει τουτῶθεν. ἴδ' αὖ πάλιν, ἅδε ποθέρπει. Εἴθ' ἦν μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον, ὥς τυ πατάξω. Qui locus cum noſtro eſt conferendus. Item Idyll. V, 100. Σίττ' ἀπὸ τᾶς κοτίνω ταὶ μηκάδες. ὧδε νέμεσθε, Ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, ἇτε μυρῖκαι. Sic etiam alibi paſtores pecora compellantes introducuntur. vid. Long. Paſtoral. p. IV, 116. et Warton. ad Theocrit. V. 101. Virgil. Bucol. Ecol. III, 94. 95. Reiskius poſt v. v. οὐ σοὶ βλαχαὶ τεκ.

subin-

ſubintelligit εἰσι, et pro οὐ legit οὗ, ita et Caſaubon. et Heath. vbinam balant oues? potius ſubint. ἀκούονται. Audisne balantes oues? Iam cogitandum eſt mente, caprum ad alia paſcua recedere, nolleque redire domum. Vnde Chorus: οὐ τάδ' οὐ, οὐ τ. νέμ. Iam caper rurſus aſcendit cliuum roſcidum. Hinc paſtorum turba, οὔτ' οὖν κλ. δροσ. — indignabunda clamat ὠὴ, quod in rebus laetis (Schol. Phoenn. v. 1074.) et calamitoſis (Phoenn. 276. v.) vſurpatur, ſed Heath. legere mauult, ὦ. Ego Vulgatam retineo. πέτρος, quod atticum eſt, alibi πέτρα, apud vet. Graecos rupem, ſed media aetate lapidem quemlibet denotat. vid. Salmaſ. ad Solin. XII, p. 851. ed. Traiect. Heſych. πέτρον, λίθον. vbi vid. Alberti. cf. Fiſcher. Cel. Ind. Aeſchin. et Moſchopul. π. σχεδ. p. 135. Warton. ad Theocrit. Id. X, v. 109. τάχα, Sic Musgrau. Heath. Brod. Barnes. aliique. Verum Septim. Florens legit κατά σου. Prior lectio haud dubie eſt praeferenda, quia magis conſentanea eſt paſtori irato, ſubint. autem κατὰ, vnde etiam Theocrit. Id. IV. l. l. αὐτίκα occ. Praeterea τάχα ſaepius poetis frequentatur pro ταχέως (Euripid. Bacch. v. 586.) non tamen Proſaicis SS. vid. Thom. M. p. 835. Alibi, vt obiter hoc tangamus, i. q. ἔπειτα, Photio apud Ruhnken. ad Tim. L. Plat. teſte: vid. eum p. 111. V. 52. Ald. ὑπάγω, Musgrau. pro altero ὕπαγ' ὦ, venuſtius cenſet ὕπαγε. κεραστὴς, κερατιστης i. q. κερατηφόρος. Cyrill. gloſſar. cornupeto, κερατίζω. Reiskius monet ad vocem κεράστα, vetuſtam manum in codice editionis Brubachianae adſcripſiſſe *Silene*, quod interpretationi Barneſianae praeferre vult. Sed cauſam nullam video, qua motus illam alteram propriam ſignificationem abiiciam, quae ſenſum ſeriemque orationis multo reddit faciliorem. στασίωρον, quod in Lexx. omittitur, eſt locus in monte vbi quis commoratur, στάσις (ſ. σταθμὸς) ἐν τῷ ὄρει, et quidem in eius parte quae ὑπωρεῖον dicitur. vid. Suid. in v. ἀκρώρεια. Nam in monte erant ἄντρα, quae inhabitabat Cyclops. vid. ſupra v. 20, 22, 35. et infr. v. 118. et alibi. Infr. v. 60. vocatur αὖλα vbi vid. quae monuimus. Mirari ſatis nequeo, qui H. Stephan. perſtringendo Brodaeum, eodem quo nos, modo vertentem, errare potuerit, negans στασίωρον deriuari ab ὄρος quoniam tum non poſſit eſſe ω. Eum iam refutauit, quod uix refutatione eget, Barnes. ad

h. l.

h. l. Neque igitur eſt, quod cum Stephano et Scaligero, *στασίωρος* l. *στασίωρε*, cum Duporto *στασιωρῶν* legamus. Muſgrau. intelligit de Sileno, qui Cyclopis *στασ.* i. e. *στάσεως φύλαξ* dicatur, et Heath. legendum cenſet: *τοῦ μηλοβότα στασίωρος*, quod attice pro Vocatiuo accipere vult. Muſgrau. non abſurde legi poſſe addit: *μηλ. στάσιν ὥραν* (i. e. *ὡραίως* tempeſtiue) Sed profecto nulla cauſa eſt, ob quam ſic legamus. *ἀγροβότης*, i. q. *ἄγροικος* ſ. *ἄγριος* l. *ἀγρονόμος*, i. e. *ὁ ἐν ἀγροῖς διάγων* (vid. Heſych. et ad h. l. Albert.) homo qui in agro viuit ſeque alit. Nam *βόσκειν* non ſolum de beſtiis ſed etiam hominibus dici vel ex Homero conſtat. Neque igitur cauſa ſatis idonea eſt, ob quam Reiskius legere mauult *αἰγιβότα*, aut Scaliger *αἰγοβῶτα*, quod verſum turbare monet Barneſ. ad h. l. quem vide. Praeterea etiam epitheto praecedenti *μηλοβ.* aduerſari Muſgrau. docet. Verior lectio haud dubie eſt vulgata *ἀγροβότα*, non, quam Barnes. proponit, *ἀγροβῶτα*. Haec enim, quod iam notauit Muſgrau. non melior eſt recepta. Eidem Muſgrau. neſcio cur, verum videtur *ἀγροιῶτα*, quod tamen eandem cum recepto v. ſignificationem habet. *μηλοβότα*, non Vocatiuus eſt quem voluit H. Steph. pertinet enim ad *στασίωρον*. *μηλοβότης* l. *βότος* l. *βότηρ*, eſt *νομεὺς τῶν μήλων*. Nam *βόσκειν* vt *βοτὴρ* ſ. *βοτὴς* reſpondent vv. *νέμειν* et *νομεύς*. Vnde *βότα*, greges, Eurip. Hippolyt. v. 75. et *μηλοβότον*, locus vbi oues paſcunt. vid. Heſych. et Suid. qui explicat per: *προβάτων ποιμήν*.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ΄.

Σπαργῶντας μοι τοὺς μαστοὺς χάλασον.
Δέξαι θηλαῖσι σποράς,
Ἃς λείπεις ἀρνῶν θαλάμοις.
Ποθέουσί σ᾽ ἁμερόκοιτοι
Βλαχαὶ σμικρῶν τεκέων.
Εἰς αὐλὰν ποτ᾽ ἀμφιβαλεῖς
Ποιηροὺς λιποῦσα νόμους,
Αἰτναίων εἴσω σκοπέλων.
Οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε χοροί,

Βάκχαι

Βάκχαι τε θυρσοφόροι.
Οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοί,
Κρήναισι παρ᾽ ὑδροχύτοις,
Οὐκ οἴνου χλωραὶ σταγόνες,
Οὐ Νύσσα μετὰ Νυμφᾶν.

v. 55. *σπαργῶντες μαστοὶ*, mammae lacte plenae, vt Heſych. explicat. Sic Eurip. Bacch. v. 700. *σπαργ.* proprie de luxuriante humorum ad excretionem prurientium impetu, v. c. de lacte quod vbera diſtendit. vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 167. vbi etiam h. l. noſtrum citauit; et Arnald. Lectt. Grr. p. 122. item Foës. Oeconom. Hippocrat. Caeterum *μαστὸς* ſ. *μασθὸς* proprie de muliere, ſed *μαζὸς* de viro vſurpatur, teſte Ammon. Euſtath. ad Homer. Il. *δ*. p. 344. lin. 10. et Schol. Eurip. Hecub. v. 144. qui monet *μαστὸν* eſſe mulierum, *ἀπὸ τοῦ μεστὸν εἶναι γάλακτος*, ſed *μαζὸν* l. *μασθὸν* virorum *ἀπὸ τοῦ μή ἐσθίεσθαι*. Quod diſcrimen apud optimos SS. negligi, nemo neſcit. vid. Alexandr. Vit. Plutarch. §. 305. vbi Macedones drr. *mamillarum* tenus madefacti Hydaſpen tranſiiſſe. Sic Theocrit. Id. III, 16. Eurip. Hecub. v. 144. Bacch. 700. Callimach. H. Iou. v. 48. vid. Intpp. ad. Thom. M. p. 599. vbi recte Sallier. reprehendit Grammaticos, qui cum H. Steph. ſubtile quoddam diſcrimen conſtituere volunt. vid. Suid. l. l. Caeterum forte ob ſimilitudinem aliquam *μαστὸς* etiam collem notat ſ. locum excelſum, teſtibus Heſych. Suid. Spanhem. ad Callim. p. 359. vt apud LXX. Ierem. XVIII, 14. Denique *χαλᾶν μ. σπ.* eſt Virgilian. preſſare vbera palmis. (Eclog. III, v. 99.) Nam proprie eſt demittere aliquid e loco ſuperiori ad inferiorem, vnde etiam metaph. de eo dr. qui frontem exporrigit, et demit ſupercilio nubem vt cum Horatio (Epiſt. I, 18, 94.) loquamur. vid. Schol. Ariſtoph. Veſp. v. 653. 726. Au. v. 382. *θήλη*, apex ſ. mammae pars extrema, deinde pro mamma beſtiarum hominumque ipſa dicitur vt *μαστὸς*. *σποραὶ*, foetus, animalium hominumue progenies. Nam *σπορὰ* pr. eſt ſeminatio ſeges, Eurip. Hecub. v. 659. Reiskius iungit *σπορὰς* cum *ἀρνῶν* ita, vt pro periphraſi habeat agnorum. Sic *βοσκήματα μόσχων* Bacch. v. 677. Porcius Licin. apud Gell. L. XIX. c. 9. teneraeque propaginis Agnum.

num. vid. Muſgrau. ad h. l. Pro noſtro θαλάμοις, Barneſ. mauult legere θαλάμαις, quia θαλάμαι ſint ζωϊκαὶ καταδύσεις, verum θάλαμοι de rationalibus dicantur. vid. eum ad Phoenn. v. 938. vbi Euſtath. laudat. Sed haec in h. l. ſignificatio non conuenit vt monuit Muſgrau. l. l. Addere poſſumus Schol. ad Bacch. v. 561. qui, vbi explicare vult h. v. repetit illum l. l. ſcribitque θαλάμαις, ibi etiam conſ. Barneſ. Caeterum neſcio, an hoc diſcrimen tam accurate vbique obſeruetur, vt ne ſemel Poetae liceat vti maſculino genere pro feminino. Inprimis cum hic de antro ſermo ſit, quod homines cum pecude coniunctim inhabitabant, (vid. v. 35.) et ſic ap. Philipp. Anthol. p. 426. occurrat. Suidas: Θαλάμαι καὶ θάλαμος, οἶκος ἢ κοιτών. Heſych. θάλαμος, οἴκου μύχος, ſic enim cum Heinſio legendum, non οἶκος, μύχος. Niſi malueris μύχος ſeorſim ſpectare pro μύχῳ ἄντρου, tum gloſſa non eſſet emendanda. vid. Feith. Antiquitat. Homeric. L. III, 11. p. 364. ſſ. ed. Stoeber. et Moll. ad Long. p. 119. Caeterum eandem legem quam ſibi praeſcripſerat Barneſ. ſequutus eſt in Euripid. Ion. 392. et Herc. fur. v. 807. ἁμερόκοιτης ſ. ἡμερόκ. i. q. ὁ κοιμῶν διὰ τὴν ἡμέραν. vt h. l. Vnde dicitur de fure nocturno, qui die dormit, vt noctu vigilare poſſit. Hinc dormitator apud Plaut. in Trinumm. Scen. II. Act. IV. v. 20. 142. vbi vid. Intpp. Schol. apud Oppian. per κλέπτης interpretatur. vid. Turneb. Aduerſar. p. 637. et D'Arnaud Lectt. Grr. p. 65. Caſaubon. ad Athen. p. 504. Heſiod. Ἐ. κ. Η. v. 605. βληχὴ alibi de infantibus qui ab vberibus matrum abſtrahuntur vt hl. de agnis, quod iam ad v. 48. obſeruauimus. ποθοῦσι, ἐπιποθοῦσι, ζητοῦσι. αὐλα, τόπος διαπνεώμενος (Athen. Dipnoſ. L. V, c. 3. vbi vid. Caſaub.) locus ſudbialis, vento expoſitus. Quia autem in eiusmodi locis oues continentur, inprimis ouile denotat. Pollux. Onomaſt. L. I. οὗ μὲν οἱ βόες ἵσανται, βούσταθμα, βουαύλια βουστάσεις, οὗ δὲ οἱ ὄϊες καὶ αἶγες, αὐλὴ καὶ σηκός. vid. Apollon. Argon. L. I. 575. 1173. et Graeu. Lectt. Heſiod. p. 732. qui monet, αὐλας eſſe manſiones vbi oues caprae aliaque animalia minora ſtabulentur, ibique ad l. noſtrum prouocat. Eodem ſ. eſt in Ioh. X, 1, 16. vid. Euſtath. Homer. Il. ω, v. 29. et α, v. 425. vbi etiam aliae ſignificationes h. v. ſunt notatae. vid. Barneſ. ad Homer. Od. δ, v. 74. Hinc aula paſtoris, Propert. III, 12, 38. Petron. p. 679. ed. Burmann. — ἀμφιβάλλεις, l. ἀμφιβαλεῖς vt eſt

in

in Edit. Barneſ. Henr. Stephan. ſuſpectum habet h. v. quoniam non intelligit, quomodo poſſit ſignificare: redire. Barnes. qui alibi H. Stephan. erroris conuincere remque explanare ſtudet, h. l. non ſatisfacere videtur quippe monens: hanc non neceſſario affigendam h. v. ſignificationem, ſin legatur ἀμφιβαλῇ, (hanc enim lectionem, et alteram ἀμφιβαλοῦ proponit H. Stephan.) quod praefert Barnes. exponendum eſſe: operieris, contegeris, vtpote ſub tecto. Brodaeus vertit: in caulam tandem ingrederis. Sic omnes Intpp. intellexere, neminem tamen alioquin leuiora enarrantem vidi quidquam de h. v. ſignificatione monuiſſe. Neque minus ego multum in h. v. explicanda ſudaui. Neutram enim lectionem Stephani amplecti volebam. Certe illa altera, quam praeſert Barnes. an artificioſior remotiorque poſſit cogitari, valde dubito. Nam quid eſſet hoc in hac eleganter ſed ſimpliciter ſcripta paſtorum oratione. Num tu κεράστα mox obtegeris ſ. operieris tecto ſcil. αἰπυαλῶν σκοπέλων. Hic ſaltem poetae ornatus male h. l. eſſet adhibitus, omnemque potius elegantiam ſimplicem paſtoralem e Theocrito depromtam turbaret, quam adiuuaret. Niſi interpretari malueris per circumire, obire, ſic enim ἀμφιβάλλεσθαι vſurpatur apud Callimach. H. Del. 301. et Oppian. Cyneg. L. IV. 189. Sic etiam Heath. accepiſſe videtur. Muſgrauius legendum cenſet: Ἀμνὶ βαλεῖς, laudatque Theocrit. V, 3. et Schol. ad. h. l. qui voc. ἀμνὶς illuſtrat. Sed nemo non, hanc eſſe ſtudio quaeſitam lectionem, videt. Heath. quia non bene graece dici exiſtimat ἀμφιβάλλεσθαι εἰς τι, pro εἰς ingenioſe legendum praecipit, εἶ γ', commatis tantum nota ad fin. v. 59. poſita. Cogitabam de lectione ἀμφιβαίνεις, tum fere i. q. ἀμφιπεριστρέφου, oberras, aut praepoſitionem nullam h. l. habere vim dicendum eſſet, quod ſaepius fieri nouimus. Incidebam etiam in lectionem ἀναβαίνεις, quoniam antrum in rupe altiori erat excauatum. Aſcendisne? l. ἀμφιάλλῃ quod tamen h. l. non bene cum ſenſu conueniret. Cum autem retinere mallem lectionem receptam ſic fere difficultatem enodare ſtudui. ἀμφιβάλλειν eſt i. q. χωρὶς βαίνειν, ſecedere, ſeorſim ire, ſenſumque mihi videbar hunc reperire. Secedisne in caulam? l. ſi eiusmodi ſignificatio locis SS. bene Graecor. non eſſet comprobanda, poſſet etiam illa vulgaris notio ſeruari, qua idem eſt cum

ἀμφι

ἀμφισβητεῖν quod etiam Heſych. ipſe explicat per v. ἀμφιβάλλειν. Tum igitur omiſſum verbum ἰέναι, eſſet ſubintelligendum, quod et alibi fieri non eget admonitione. Tum ſenſus orietur: Dubitasne introire? incertuſne es? paſcua fertilia linquens etc. *Kannſt du dich noch nicht entſchlieſſen — geh'ſt du noch nicht? Was wirds!* Poſſemus ergo poſt v. ποτέ interpungere, et poſt v. ἀμφιβ. ponere ſignum interrogandi, hoc fere modo: εἰς αὐλάν ποτ', ἀμφιβάλλεις; κ. τ. λ. Comparare hic liceat locum ex Theocrito ſupra a nobis laudatum. Σιτθ' ἁ Κυμαίθα, ποτὶ τὸν λόφον. οὐκ ἐσακούεις; et paulo poſt, ἴθ' αὖ πάλιν, ᾇδε ποθέρπει, κ. τ. λ. Brumous ſic fere h. l. tranſtulit: C'eſt ici — Deſcends, viens — — Si tu ne quittes cette hauteur, je te — Rentre promtement, dans l'antre du Cyclope. Approchés ô brebis. Vos agneaux vous rappellent, les laiſſerés vous languir? Ne quitterès — vous point ces paturages pour revenir dans les antres d'Aetna? CaeterumMuſgrauius ad h. l. monet, verba a βάλλω compoſita ſaepe eſſe intranſitiua, quoties ſc. loci mutationem ſignificent, adque hanc normam licere interpretari v. ἀντιβαλεῖς (quod fortaſſe pro ἀμφιβαλεῖς reponendum exiſtimat) diſcedes? viciſſim ibis? Si vero ſemel haec norma proponitur, quidni legamus ἀμφιβαλεῖς. vid. Viger. Id Gr. p. m. 178. Βάκχαι θυρσοφόροι, quia θύρσον, haſtam pampineis frondibus velatam (Ovid. Metamm. III, v. 699.) geſtabant. vid. Virgil. Bucol. Ecl. III, 31. Quaenam autem fuerint Bacchae, et vnde θυρσοφόροι dictae, copioſe explanarunt Schol. ad Euripid. Hecub. v. 685. Phoenn. 798. Bacch. 25, 80. vid. Heſych. et Suid. in v. θύρσος et Βάκχος. — τύμπανον, tympanum exiguum quod ſaltantes manu pulſabant, et Franco-Gall. dicitur vn Tambourin, Tambour de Basque. vid. Ariſtoph. Plut. v. 476. Intpp. ad Heſych. h. v. et Gatacker. Miſcell. Aduerſſ. Poſth. c. 46. ἀλαλαγμὸς propie eſt barritus, ab ἀλαλαλάζειν, clamare ἀλαλά, quod ſolebant milites ante proelium, et in ipſo proelio, vt animum ad aggrediendum hoſtem excitarent, et poſt proelium victoria deportata. Heſych. ἀλαλαγμὸς, ἐπινίκιος ὕμνος, ἢ εὐφημος βοή. Tum vero vnamquamque vociferationem altam, laetam ac triſtem notat. vid. Schultenſ. Iob. p. 278. et Alberti ad Heſych. l. l. denique de quouis ſtrepitu adhibetur, vt h. l. vid. Wolf. Cur. Marc. V, 38. et

et Grot. h. l. Ovid. Metamm. IV, 29. „impulſa tympana palmis, Concaua aera ſonant." κρήνη ὑδροχυτ. noſtrum: *waſſerrieſelnde Quelle.* κρήνη l. κρηνίς v. c. δροσερὰ (Hippolyt. v. 208.) πηγή, ἐκροὴ ὕδατος. Lex MS. Brem. Cyrill. apud Biel. vid. Heſych. Ergo fere i. q. infra v. 95. νᾶμα ποτάμιον. χλωρὸς ſ. χλωηρὸς a χλοή, viridis, vnde ποίη χλ. Rapt. Hel. Coluth. v. 114. Gloſſar. galuus l. giluus, χλωρὸς, melinus, lini l. vitium color ita dicitur, teſte Seruio ad Virgil. Georg. III, 83, vid. Euſtath. ad Il. ζ. pag. 485. lin. 28. Bochart. Hieroz. P. I, L. II, c. 7. et Muſgrau. hl. Νύσσα, vid. Schol. Homer. Il. ζ. v. 133. et Heſych. vbi recte Valkenar. Heinſ. aliique pro Νύσα cum ſimplici σ, ſcribunt duplex. vid. quae ſupra v. 6. de Nyſa diximus, et Barnes. ad h. l. Muſgrau. legendum cenſet Νύσᾳ cum iota ſubſcripto, vt haec cum ſequentibus connectantur. *Non Nyſae iam cano Bach. carmen.* Sed grauiori cauſa cum deſtituar, receptam lectionem tueor.

ἘΠΩΔΌΣ.

Ἴακχον, ἴακχον ᾠδὰν
Μέλπω πρὸς τὰν Ἀφροδίταν,
Βάκχαις σὺν λευκόποσιν.
Ὦ φίλος, ὦ φίλε Βακχεῖε,
Ποῖ οἰοπολεῖς,
Ξανθὰν χαῖταν σείων;
Ἐγὼ δ' ὁ σὸς πρόσπολος
Θητεύω Κύκλωπι
Τῷ μονοδέρκτᾳ,
Δοῦλος ἀλαίνων σὺν τᾷδε
Τράγου χλαίνᾳ μελέᾳ
Σᾶς χωρὶς φιλίας.

v. 69. Ἴακχος, dicitur Bacchus in Myſteriis Eleuſiniis etiam apud Ouid. Metamm. IV, 15. Virgil. Eclog. VI, 15. Georg. I, 166. et Ciceron. Legg. II, 14. vid. Meurſii Lectt. Attic. I, 15. Interdum etiam feſtum ita nuncupatur in Bacchi honorem celebratum. vid. Petau. in Themiſtocl. p. 844. Denique de hymno adhibetur qui in illo feſto canebatur. Vnde non eſt quod cum Musgrauio v. ᾠδὰν gloſſema eſſe ſtatuamus, quia grammatici doceant ἴακχον carminis quoddam genus ſignificare. Nec de laeto triumphali carmine h. l. intelligendum, quod monet idem Musgr. quem vide. Interdum omittitur voc. ᾠδὴ vid. Schol. Ariſtoph. Ran. v. 319. ſſ. Valkenar. ad Herodot. VIII, 65. p. 647. et Suid. vbi plura Kuſter. nec non Heſych. qui inter alias ſignificationes etiam h. v. vſurpari monet de ᾠδῇ ἣν οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι, vnde Brodaeus de carmine dici notat, quod Bacchicis ſacris initiati canant. μέλπω, μέλπωμαι, ᾄδω, Heſych. l. ὕμνω. vid. Alceſtid. v. 446. Ἀφροδίτη, Venus. Varias h. denominationis cauſas habent Heſiod. Ariſtotel. Plato. vid. Barnes. ad Euripid. Troad. 990. Homerus eam facit Diones filiam, quem ſequitur Apollodor. Bibl. I, 3. 1. p. 8. ed. Heyn. vid. Schol. ad Homer. Il. v. 374. Diod. V. 72. ἂν θηρεύων πετόμαν. Recte Thom. M. neminem Rhetorum dixiſſe πέταμαι ſed πέτομαι monet, ſic enim ſcribendum eſſe cum ſimplicitiam Sallier. docuit ad Moerid. p. 311. Idem a Moeride confirmatur, vbi cf. Sallier. qui praeter locum ex Platone etiam hunc noſtrum citauit. Occurrit quidem in Ariſtoph. Au. v. 572. πέταται, ſed cum ea quae diximus ab omnibus grammaticis etiam Moſchopul. et Lucian. qui ad vnum omnes πέταμαι vt non Atticum improbant, confirmentur, bene in ſua edit. Cel. Beck. Pierſono ad Moer. l. l. obſequutus ſcripſit πέτεται pro πέταται, enimuero eiusmodi emendatio, in tali contextu facillime poteſt admitti. Certe ego locum in ſcriptore Attico, vbi πέταται ſcriptum eſſet, reperire non potui. θηρεύειν autem quod alias venari ſonat, etiam vt Latin. venari notat: captare, ſtudioſe aliquid ſequi, quaerere. Reiskius ingenioſe ſed ſine omni cauſa h. l. emendat Ἴακχον Ἴακχον ὅταν ἔμολπεν πρὸς τᾷ Ἀφροδίτᾳ, quando Bacchum canebam vna cum Venere. Ex Venere Dea Musgrauius amaſiam reddit, et πρὸς pro διὰ poſitum monet, vt Helen. v. 464. Adde Dionyſ. Halicarn.

carn. L. IV. p. 235. Viger. Id. Gr. p. 645. λευκόποδες dicuntur Bacchae, i. e. formoſae, pulchrae. Quemadmodum apud Homerum centies alia eiusmodi epitheta obuia ſunt, quae a corporis membro ſunt petita et formoſitatem indicare debent. H. l. Bacchae ſaltantes conſiderantur, ideoque niueum pedem nominat Poeta. vid. Bacch. v. 863. et Musgrau. ad Bacch. v. 665. vbi locum noſtrum citauit. Iam Bacchum alloquitur Chorus. οἰοπολεῖν, eſt i. q. ἐν ἐρήμῳ ἀναστρέφεσθαι, πλανᾶσθαι, infr. v. 70. ἀλαίνων. Siue cum plurimis deriues ab ὄϊες et πωλεῖν, verſari vbi oues verſantur, l. ab οἶος et πωλεῖν i. e. μόνον ſ. ἔρημον πωλεῖν. Nam etiam Latinis ſolus, pro deſertus dici, docuit Drackenborg ad Sil. Ital. III, 429. Vnde apud Homer. οἰοπολος χώρα, ὄρος etc. v. c. Od. Λ. v. 573. ibi Schol. per ἔρημος interpretatur, et addit: ὄρεσσι οἰοπ. ἐν οἷς ἐστι μόνον πωλεῖσθαι, ὅ ἐστιν ἀναστρέφεσθαι, ἢ ἐν οἷς ὄϊες ἀναστρέφονται, οἷον ὅπου νέμονται τὰ πρόβατα. vid. Heſych. Etymol. M. In Rapt. Helen. Coluth. v. 348. hoc epitheto ornantur ſiluae. vid. etiam Lennep. ad l. l. v. 15, 302, 110. Poteſt vero etiam eſſe *oues verſare* vt Virgil. Eclog. X, v. 68. dicit, i. e. paſcere, vid. Seruium et Cel. Heyn. l. l. qui illud v. cum noſtro ὀιοπολεῖν comparat. Nolo tamen in hoc contextu hanc recipere ſignificationem. ξάνθα χαίτη, inter pulchritudinis partes praecipuas a Veteribus habebatur, vnde Heſych. ξανθὸς explicat per καλός. ξάνθος βόστρυχος occurrit in Euripid. Bacch. v. 185, 235. Hippolyt. 220. et apud Homer. ſaepius, vid. Schol. ad eius lib. I. Iliad. v. 197. χαίτη autem de prolixa coma dicitur. De h. v. aliisque ad comam pertinentibus rebus, cf. Iunii Commentar. in Gruter. Theſaur. T. IV. p. 482. σείειν, κινεῖν, proprie de motu vibrante, deinde grauiori quaſſante vſurpatur, unde de motibus terrae apud Thucydid. et N. T. SS. In Euripid. Bacch. v. 185. dr. σείειν κρᾶτα πολιὸν, vid. ibid. v. 140. et 150. vbi plura Barneſ. De hac formula σείειν τὴν κόμην, licet alio ſenſu, egit Caſaubonus in Exercitatt. ad Baron. Annal. ad Ann. XXXII, No. 14. 9. p. m. 290 et 91. ed. Geneu. Theocrit. Idyll. V. v. 91. λιπαρὰ δὲ παρ' αὐχένα σείετ' ἔθειρα. Poetae comas circa colla fluctuantes ad venuſtatem referebant. πρόσπολος, δοῦλος, ὑπηρέτης. Phoenn. v. 785. Hippolyt. v. 54. Ariſtoph. Ran. v. 1369. Hinc

Hinc, qui aliquem in aliqua re adiuuat, Aeſchyl. Sept. adu. Theb. προσπολ. φόνυ. θητεύω, δυλεύω μισθῶ, vbi inſerendum voc. ἐπὶ, quae apud Herodot. vbi plena legitur locutio, in Schol. Homer. et Suid. occurrit, vid. Albert. ad Heſych. h. v. Homer. Od. σ. v. 356. Coluth. R. H. v. 279. Alceſt. v. 6. Hinc θὴς, i. q δῦλος et θῆσσα τράπεζα ibid. init. Sed h. l. i. q. ſimpl. δυλεύω non adiuncta notione mercedis. vid. Barnes. ad. Electr. v. 193. μονοδέρκτης, ſupra v. 21. μόνωψ. vbi nos vide. ἀλαίνων, πλανώμενος. Ita Schol. Phoenn. v. 1502. pro quo alibi ἀλώμενος Eurip. Hippol. v. 897. quam formam etiam a Theocrito et Aeſchylo vſurpari conſtat. vid. Theocrit. Id. VII, v. 23. Caeterum hanc formam ἀλαίνων, praeter locum noſtrum et Euripid. Electr. v. 204, 589. Oreſt. v. 531. Iphigen. Taur. v. 284. nuspiam legere licuit. ἀλαίνεις occurrit in Troad. v. 1083. Heſych. ἀλαίνων (ἀλενῶν enim errorem eſſe typographicum quis non intelligat?) πλανώμενος. ἀλαλῆσθαι quidem ſaepius apud Homer. eſt obuium v. c. Od. β. v. 370. vbi Schol. reddit. per πλανᾶσθαι. Ibid. γ, 333. ἀλαλήμενος. Coluth. R. H. ἀλᾶται, v. 42. ἀλώμενοι, Ierem. XLIX, 5. χλαίνα, veſtis quae hiberno tempore ſuperinduebatur tunicae exteriori, laena, fere i. q. φελόνη, penula qua Romani vtebantur in tempeſtate, pluuia, et itinere, vid. Cicer. Orat. pro Milon. H. v. etiam in II. Timoth. c. IV. v. 13. occ. vbi tamen de volumine, non veſte intelligendum, vt volunt Clericus ad Hammond. Salmaſ. ad Tertull de pallio, et Spartian. p. 86. Donius ad Calcem Commentar. Ruben. de re veſtiar. ſ. lato clauo p. 325. Wolf. in Cur. Suid. et Heſych. ἱμάτιον χειμερινόν. Pollux: ἱμάτιον ἐπὶ τῷ χιτῶνι, vnde Vlyſſes apud Homer. Il. β. v. 183. eam abieciſſe dicitur, curſus expeditioris cauſa. vid. Salmaſ. ad Tertullian. de pall. p. 397. Meurſ. ad Lycophron. p. 240. Pierſon ad Moerid. p. 408. Imprimis ruſticorum hoc geſtamen fuiſſe ex Homer. Od. ξ. v. 530. et Theocrit. Id. V. Barnes. probat. Hinc Satyris paſtorum munere fungentibus tribui h. l. docuit Muſgrau. ad h. l. quem vide. Inſeruiebat etiam χλ. ad cubandum, cf. Bergler. Alciphron. Ep. p. 176. μέλεος, apud Heſych. et Cyrill. MS. Lex. ſcribitur cum αι, ſed haud dubie prius rectius, nam ſic etiam Suid. Photius in Lex. MS. apud Biel. et

alii

alii habent. Heſych. autem illud μέλεος intrepretatur per μάταιος, ἄθλιος. Item Photius qui addit: δυστυχὴς, ταλαίπωρος. Suidas praeter haec etiam monet: ὁ ποιητὴς ἐπὶ τῦ ματαίυ ἐκδέχεται, οἱ δὲ τραγικοὶ ἐπὶ τῦ οἰκτρῦ Prioris exemplum eſt in Homer. Il. ψ. v. 795. poſterioris, in Euripid. Electr. 204, 876, 1183. Eſt autem h. v. Atticum. vid. Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. v. 608. et Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. p. 198. *Da ſchleich ich nun mit dieſem elenden Bockfell umher.* — — Pellis caprina humeris impoſita ad Satyrorum ornatum pertinet, quam, praeter alias, cauſam affert Caſaubonus in Satyr. Poes. L. I, c. 6. p. 159. cur hoc Drama Satyricum ſit. σᾶς χωρὶς φιλίας, i. fere q. Hippolyt. v. 847. dicitur, τῆς σῆς στερηθεὶς φιλτάτης ὁμιλίας. Caeterum h. l. δῦλον ſe vocat Satyrorum Chorus, qui antea ſe nominauerat πρόσπολον, vnde differre haec duo vv. certe in h. l. exiſtimauerim vt ſeruus et famulus. Nam πρόσπολος eſt ὁ πρὸς τὸν δεσποτα πολῶν, conſtat autem Silenum cum Satyris non tam ſeruos fuiſſe quam comites, vnde forte προσπολ. vertere licebit: accenſum, (nam Ovid. Metam. LXV. 546. eſt comitari) Queritur enim de miſera conditione in qua nunc, captus a Cyclope, verſetur, mente reputans tempora felicia, quibus comes Bacchi fuerat. Brumous l. l. ante v. 63. addit: Je ſens mon malheur, comme elles. Idem vv. 69. ſſ. ita tranſtulit: „Vainement je chante ces airs pour „notre Dieu fauori. Vainement je ſoupire après nos fetes paſſées, „et nos plaiſirs évanouis. Ou es tu chere divinite? Je me figure „en vain tes blonds cheveux épars et flottans au gré des vents. „Ton fidele miniſtre eſt denenu l'esclave d'un Cyclope. Quel „esclavage! Iam liberius vertit: Cette peau de chévre dont je „me vois reuêtu me fait en vain ſoupirer après la libertè et ta „compagnie, que j'ai perdue pour toujours." Sic igitur poeta animum lectoris praeparauit. Nouimus, quomodo Silenus cum Satyris ad Cyclopis oras peruenerit, vidimus triſtem ſortem quam perferre nunc cogebantur, et quale monſtrum ſit iſte Cyclops iam perſpicimus. Cum autem Silenus Satyrique loquantur, triſtiſſimis querelis immixtus eſt iocus, qui tam vehementer lectorum animos afficit, vt miſeram perſonarum conditionem vix animaduertant.

Huc

Huc refer iactationem Sileni, ſtatim ab initio fabulae commemoratam, porro officia ac munera quibus fungitur apud Cyclopem, carmen ſ. Idyllion Theocriteum a ruſticis Satyris decantatum etc.

Not.

Quae vel mea vel typothetarum culpa irrepſere menda, vt beneuolus lector corrigere velit, modeſte rogamus.

THESES.

I. De Patrum Philoſophia certi quid definire difficile eſt.

II. Iobi morbus fuit Elephantiaſis.

III. Verior lectio in Philipp. II. fin. eſt παραβουλευσάμενος.

IV. Multa dici poſſunt pro eorum ſententia, qui ſub daemoniacis aegrotos intelligunt.

V. Euripidi recte Cyclopis fabula tribuitur.
